C. 4. 132

# CAII IVLII SOLINI AD AD= VENTVM POLIHISTOR SI= VE DE SITV ORBIS AC MVN DI MIRABILIBVS LIBER ;

RJB

CVm et aurium clemētia et optimarū
artiū ſtudiis preſtare te ceteris ſētiā!
idq; oppido expertus de beniuolentia
tua nichil temere perceperī!reputaui
examē opuſculi iſtius tibi potiſſimū
dare!cuius vel induſtria promptius ſuffragium/
vel beīgnitas veniā ſpōdebat faciliorē; Liber ē
ad compendiū preparatus. quantumq; ratio paſ=
ſa eſt ita moderate repreſſus! vt nec prodiga ſit ī
eo copia/nec damnoſa concinnitas. Cui(ſi animū
propius intenderis)velut fermentū cognitionis
magis ei ineſſe q̄ bracteas eloquētie deprehēdes;
Exquiſitis enī aliquot voluminibus ſtuduiſ=
ſe me impendio fateor. vt et a notioribus referrē
pedem/et remotis largius īmorarer. Locorū cō=
memoratio plurimū tenet!in quā partem ferme
inclinatior eſt vniuerſa materies. quorū comme=
miniſſe ita viſum eſt!vt inclytos terrarū ſitus et
inſignes tractus maris ſeruata orbis diſtinctione
ſuo queq; ordini redderemus. Inſeruimus et ple

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

raqꝫ differenter congruentia. vt ſi nichil aliud / ſal
tem varietas ipſa legentium faſtidio mederetur.
Inter hec hominum et aliorum animalium natu
ras expreſſimus. addita ſunt etiam pauca de arbo
ribus et lapidibus exoticis. de extimarum gentiū
formis. de ritu diſſono abditarum nationū. Nō=
nulla etiam digna memoratu / que pretermittere
īcurioſum videbatur. quorumqꝫ autoritas (quod
cū primis induſtrie tue inſinuatū velim) de ſcrip
toribus manat receptiſſimis. quid enim noſtrum
propriū eſſe poſſit / cum nichil omiſerit antiqui=
tatis diligentia quod intactū adhuc permaneret.

Quapropter queſo ne de preſenti tēpore editi
onis huius fidem libres. quoniamquidē veſtigia
monete veteris perſecuti / opiniones vniuerſas e=
ligere maluimus potius ꝙ̄ innouare. Ita (ſi qua
ex iſtis ſecus ꝙ̄ opto in animū tuū venerint) des
velim infantie mee veniam. nam conſtantia veri
tatis penes eos ē quos ſecuti ſumus; Sicut er
go qui corporum formas emulantur poſtpoſitis
que reliqua ſunt ante omnia effigiant modū ca=
pitis / nec prius lineas deſtinant in membra alia
ꝙ̄ ab ipſa (vt ita dixerim) figurarum arce auſpici
um faciant inchoandi / nos quoqꝫ a capite orbis /
id eſt ab vrbe roma principiū capeſſemus. ꝙ̄uis

nichil ſuper ea doctiſſimi autores reliquerīt quod in nouū noſtrū preconiū poſſit ſuſcitari. ac ſuper=uacuū pene ſit relegere tramitē decurſū tot ānalibus. Ne tamē prorſus diſſimulata ſit/originem eius quanta valemus perſequemur fide;

Capitulum primū de origine urbis rome eiuſq; temporibus;

SVnt qui videri velīt rome vocabulum ab euandro primū datum/cum oppidū ibi offendiſſet/quod extructū antea va=lentiam dixerat iuuentus latina. ſeruataq; ſignificatione impoſiti prius nominis romā grece valē=tiam nominatam. quam arcades(quoniam habi=taſſent in excelſa parte montis)deriuatā vt tutiſſime vrbium arces vocarent. Heraclidi placet tro=ia capta quoſdā ex achiuis in ea loca vbi nunc ro=ma eſt deueniſſe per tiberī. deinde ſuadente rome nobiliſſima captiuarū que iis comes erat incenſis nauibus poſuiſſe ſedes. inſtruxiſſe menia. et op=pidum ab ea romen vocauiſſe. Agathocles ſcribit romen non captiuam fuiſſe(vt ſupra dictum eſt) ſed ab aſcanio natā enee neptem appellationis iſ=tius cauſam fuiſſe. Traditur etiam proprium ro

me nomen/et verum magis quod nūq̄ in vulgū venit/ſed vetitū publicari. quoniāquidē( quominus enūciaretur)ceremoniarū arcana ſanxerunt. vt hoc pacto noticiam eius aboleret fides placite taciturnitatis. Valerium deniq; ſoranū(q contra interdictū eloqui id auſus foret)ob meritū profane vocis neci datum. Inter antiquiſſimas ſane religiones ſacellum colitur angerone. cui ſacrificatur ante diem duodecimum kalendarū ianuarii. que diua preſul ſilēcii iſtius prenexo obſignatoq; ore ſimulacrū habet; Ambiguitatū queſtioneſ exitauit! q quedam ibi multo ante romulū culta ſint. Quippe arā quam hercules vouerat(ſi amiſſas boues reperiſſet) punico caco patri inuentori dicauit. qui cacus habitauit locum cui ſaline nomen eſt/vbi trigemina nūc porta. hic(vt gellius tradit)cum a tarchone tirrheno ad quē legatus venerat miſſus martie regis ſocio megale frige cuſtodie foret datus! fruſtratus vincula et vnde venerat reduxit/preſidiis āplioribus occupato circa vulturuum et campaniam regno. dum attrectare etiam ea audet que conceſſerant in arcadum iura duce hercule qui tunc forte aderat oppreſſus eſt. megaleni ſabini receperunt diſciplinam augurādi ab eo docti. Suo quoq; numī idē hercules īſtituit

aram que maxima apud pontifices habebatur. cū
ſe ex nicoſtrate euandri matre que a vaticinio car
mentis dicta eſt immortalem comperiſſet cōcep=
tum. etiam inter quod ritus ſacrorū factis boui=
cidiis docuit poticios. Hoc ſacellū herculi in boa=
rio foro eſt. in quo argumenta et cōuiuii et maie=
ſtatis ipſius remanent. Nā diuinitus neq; muſcis
illo neq; canibus īgreſſus eſt. et enim (cum viſce=
rationē ſacricolis daret) iuragrū deū dicitur im=
precatus. clauā vero in aditu reliquiſſe cuius ol=
factum refugerūt canes. id vſq; nūc durat. Edem
etiam que ſaturni erariū fertur comites eius con
diderunt in honorem ſaturni / quē cultorē regio=
nis illius cognouerant extitiſſe. Idem et mōtem
capitolinum ſaturnium nominauerunt. Caſtelli
quoq; quod excitauerūt / portam appellauerūt ſa
turniam / que poſtmodū pandana vocata ē. Pars
etiam infima capitolini montis habitaculum car=
mente fuit. vbi carmentis nunc fanum eſt / a quā
carmentali porte nomen datum; Palatiū vero
nemo dubitauerit quin arcades habeat autores. a
quibus primū palanteū oppidū cōditū. quod ali=
quādiu aborigenes habitarūt / propter incōmodū
vicine paludis / quam preterfluēs tiberis fecerat.
profecti rate poſtmodū reliquerūt. ſunt qui velīt

a balatibus ouiū mutata littera/ vel a pale paſto=
rali dea/aut(vt ſilenus probat) a palanto hyper=
borei filia quam hercules ibi compreſſiſſe viſus ē
nomen monti adoptatum. Sed (q̄q̄ iſta ſic con=
gruant) palā eſt illi proſpero augurio deberi glo=
riam romani nominis. maxime cum ānorū ratio
faciat cardinem veritati. nam (vt affirmat varro
autor diligentiſſimus)romam condidit romulus
marte genitus et rhea ſiluia. vel(vt nonnulli) ex
marte et ilia. dictaq; primum eſt roma quadrata/
q̄ ad equilibriū foret poſita. ea incipit a ſilua que
eſt in area apollinis et ad ſupercilium ſcalarū caci
habet terminū. vbi tuguriū fuit fauſtuli; Ibi
romulus manſitauit. qui auſpicato murorū fun=
damenta iecit/duodeuiginti natus annos. vndeci
mo kalendas maii. hora poſt ſecundam ante terci=
am plenam. ſicut lutius tarruntius prodidit ma=
thematicorū nobiliſſimus. ioue in piſcibus/ſatur
no/venere/marte/mercurio in ſcorpione/ſole in
tauro/luna in libra conſtitutis. et obſeruatū dein=
ceps ne qua hoſtia parilibus cederetur. vt dies iſ=
te a ſanguine purus eſſet. cuius ſignificationē de
partu ylie tractam volunt. idē romulus regnauit
annos ſeptem et triginta. de cānenſibus egit pri=
mum triūphū. et acroni regi eorū detraxit ſpolia

que ioui feretrio primus ſuſpendit/ et opima di=
xit. Rurſum de antennatibus triūphauit. de vegē
tibus tercio apud capre paludē. nonis quītilibus
apparere deſiit. Ceteri reges quibus locis habita=
uerunt dicemus. Tacius in arce vbi nūc eſt edes
iunonis monete. qui anno quīto poſtq̄ ingreſſus
fuerat vrbē a laurentibus interemptus ē. ſepti=
ma et viceſima olimpiade hominē exuit. Numa ī
colle primū quirinali. deinde (propter edē veſte)
in regia que adhuc ita appellatur. qui regnauit ā
nis tribus et quadraginta. ſepultus ſub ianiculo.
Tullius hoſtilius in velia/vbi poſtea deū penati=
um edes facta eſt. qui regnauit annos duos et tri
ginta. obiit olīpiade quinta et quadrageſima. An
cus martius in ſumma ſacra via vbi edes larium
ē. qui regnauit ānis quattuor et vigīti. obiit olīpi
ade prima et quadrageſima. Tarquinus priſcus
ad mugoniam portam ſupra ſūmam nouā viam.
qui regnauit annos ſeptem et triginta. Seruius
tullius eſquilinius ſupra cliuū vrbiū. qui regna=
uit annos duos et triginta. Tarquinus ſuperbus
et ipſe eſquilinius ſupra cliuū pullium ad facuta=
lem lacū. qui regnauit annis quīq̄ et viginti. Cin
tio romam olimpiade duodecima placet cōditam.
pictori octaua. nepoti cornelio et lutatio opinionē

eratoſthenis et apolodori comprobantibus olim-
piadis ſeptime anno ſecundo. pomponio actico et
marco tullio olimpiadis ſexte anno tercio. Colla-
tis igitur noſtris et grecorũ tẽporibus ĩuenimus
incipiente olimpiade ſeptima romã conditã. anno
poſt ilium captam quadringẽteſimo triceſimo ter
cio. quippe certamen olimpicũ quod hercules in
honorẽ ataui materni pelopis ediderat intermiſ-
ſum hyphitus filius eius inſtaurauit poſt excidiũ
troie anno quadringẽteſimo octauo. Ergo ab hy-
phito nominatur olimpias prima. Ita ſex mediis
olimpiadibus ĩteriectis quibus ſĩgulis anni qua-
terni imputantur / cũ ſeptima ceptante roma con
dita ſit / inter exortum vrbis et troiam captã iure
eſſe ãnos quadringẽtos triginta tres cõſtat. Huic
argumento illud accidit / ꝙ cũ. gn. pompeius gal
lus et quintus veranius vrbis condite anno octĩ-
genteſimo primo fuerint cõſules / cõſulatu eorũ
olimpias ſeptima et ducẽteſima actis publicis an
notata eſt. quater ergo multiplicatis ſex et ducẽtiſ
olimpiadibus / erunt anni octingenti viginti quat
tuor. quibus de ſeptima olimpiade annectandus
primus ãnus eſt / vt in ſolido colligãtur anni oc-
tingẽti viginti quiꝗ. ex qua ſũma detractis quat-
tuor et vigĩti annis olimpiadũ retro ſex maĩfeſte

anni octingent: et vnus reliqui fient. Quapropter cum octingenteſimo primo anno vrbis cōdite ducenteſima ſeptima olimpias computetur! par ē romam ſeptime olimpiadis anno primo credi cōditam. in qua regnatū eſt anniſ ducentis quadraginta. decem viri creati anno tricēteſimo ſecūdo. primū punicum bellum anno tricenteſimo octogeſimo nono. ſecūdū trigenteſimo triceſimo quīto. tercium ſexcenteſimo quarto. ſociale ſexcēteſimo ſexageſimo ſecundo. ad hircium et. q. panſam conſules anni ſeptuaginta decem. quorum cōſulatu ceſar auguſtus eſt conſul creatus octauū decimum annū agens. qui principatum ita ingreſſus eſt! vt vigilentia eius non modo ſecurum verum etiam tutum imperiū eſſet. quod tēpus ferme repertum eſt! quo plurimū et arma ceſſauerint et īgenia floruerint. ſcilicet ne inerti iuſtitia lāgueret virtutis opera bellis quieſcentibus;

Capitulū. ii. de curſu āni. de diebus ītercalaribus. de auguſti felicitate ac īfelicitate;

NVnc ergo primum curſus āni perfecta ratio eſt. que a rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam āte auguſtum

ceſarem incerto modo annū cōputabāt. qui apud egyptios quattuor menſibus terminabant. apud arcades tribus. apud carnānas ſex. in italia apud lauinos tridecim. quorum annis tricentis ſeptuaginta et quattuor diebus ferebatur. Romani initio decē menſibus cōputauerūt/ a martio auſpicātes. adeo vt eius die prima de aris veſtalibus ignes accenderent. mutarent veteribus virides laureas. ſenatus et populus comicia agerent. matrone ſeruis ſuis cenas ponerēt/ ſicuti ſaturnalibus domini. ille vt honore promptius obſequiū prouocarent. hi quaſi gratiā repēſarent perfecti laboris. maximeq; hūc menſē principē teſtātur fuiſſe. ꝙ (qui ob hoc quītus erat) quintilis dictus eſt. deinde numero decurrente december ſollēnē numerum circuitumq; finiebat intra diem tricēteſimū quartum. tunc enim iſte numerus explebat ānū. ita vt ſex menſes tricenum dierum eſſent/ et quattuor reliqui tricenis et ſingulis expedirentur. ſed (quoniā ratio illa ante numā a lune curſu diſcreparet) lunari computatione annum perequarunt quinquagīta et vno die auctis. vt ergo perficerēt duodecim menſes de ſex menſibus ſuperioribus/ detraxerunt dies ſingulos. eoſq; quinquaginta iſtis et vno diebus adiecerunt. factiq; quinquagīta

ſeptem diuiſi ſunt in duos menſes. quorum alter viginti nouem / alter viginti octo dies detinebant. ſic annus habere quinqꝫ atqꝫ quinquaginta et tri=centos dies cepit. Poſtmodum cum perſpicerent temere annum clauſum intra dies quos ſupra di=ximus (quandoquidem appareret ſolis meatū nō ante tricēteſimū ſexageſimū quintum diem abundante inſuper quadrantis particula zodiacum cō=ficere decurſum) quadrātem illum et decem dies addiderunt. vt ad liquidū annus diebus tricentis ſexaginta quinqꝫ et quadrante conſtaret / hortante obſeruatione imparis numeri / quem pythagoras monuit preponi ī oībus oportere. Vnde propter dies impares / diis ſuperis et ianuarius dicatur et martius. propter pares / februarius. quaſi omino ſus diis īferis deputatur. Cum itaqꝫ hec definicio toto orbe placuiſſet / cuſtodiendi quadrantis gra=tia a diuerſis gentibus varie intercalabatur. Nec tamen vnq̄ ad liquidū fiebat temporū perequa=tio. Greci ergo ſingulis ānis vndecim dies et quadrantem detrahebant. eoſqꝫ octies multiplicatos in annum nouū reſeruabant. vt contractus nona=genarius numerus ī tres mēſes per tricenos dies ſcinderetur. qui anno nouo reſtituti efficiebant quadringētos quadragīta quattuor / quos ēboliſ=

mos vel hyperballontas nominabāt. Quod cum inicio romani probaſſent contemplatione numeri parilis offenſione neglectū verbi perdiderūt trāſlata in ſacerdotes intercalandi poteſtate. qui plerumq̧ gratificantes rationibus publicanorū pro libidine ſua ſubtrahebant tempora vel augebant. cum hec ſic forent conſtituta moduſq̧ ītercalandi interdum cumulatior / interdum fieret imminutior vel ōnino diſſimulatus preteriretur! nōnūq̄ accidebat /vt mēſes qui fuerant tranſacti hieme/ modo eſtiuū modo autūnale tempus inciderent. Itaq̧.g. ceſar vniuerſam hanc inconſtantiā inciſa temporū turbatione compoſuit. et (vt ſtatū certū preteritus error acciperet) vnum et vigīti dies et quadrantē ſimul intercalauit. quo pacto regradati mēſes decetero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. ille ergo ānus ſolus tricentos quadragīta quattuor dies habuit. alii deinceps tricentenos ſexagenos quinos et quadrātem. Et tūc quoq̧ vicium per ſacerdotes admiſſum eſt. nam (cum preceptum eſſet anno quarto vt intercalarent vnum diem! et oporteret confecto quarto anno id obſeruari anteq̄ quītus auſpicaretur) illi īcipiēte quarto intercabant non deſinente. ſic per annos ſex et triginta (cū nouem dies tantūmodo ſufficere de=

buiſſēt) duodecī ſūt intercalati. Quod reprehēſū auguſtus reformauit. iuſſitq̧ ānos duodecim ſine ītercalatione decurrere. vt tres illi dies qui vltra nouē neceſſarios temere fuerāt ītercalati hoc mo= do poſſēt repēſari. ex qua diſciplina omniū poſtea temporū fundata ratio eſt; Verū cū et hoc et multa alia auguſti temporibus debeantur! qui pe ne ſine exemplo rerum potitus eſt! tanta et tot in vita eius inueniūtur aduerſa! vt non ſit facile diſ cernere calamitoſior an beatior fuerit. Primū q̧ apud auūculum in petitione magiſterii equitum prelatus eſt ei lepidus tribunus cū quadā auſpi= cātium ceptorum nota. Mox triūuiratus collegi= um pregraui poteſtate antonii philippenſis. Inde proſcriptionis inuidia. Abdicatio poſtumi agrip pe poſt adoptionē. Deinde deſiderio eius inſignis penitentia. naufragia ſicula. turpis ibi in ſpelūca occultatio. ſeditiones militum plurime. peruſina cura. detectum filie adulterium. et voluntas par= ricidalis. nec minore dedecore neptis infamia in= cuſate. mortes filiorum et amiſſis liberis non ſo= lus orbitatis dolor. vrbis peſtilentia. fames italie bello illyrico anguſtie rei militaris. corpus mor= bidum. contumelioſa diſſentio priuigui neronis vxoris. etiam et tiberii cogitationes parum fide.

atq; in hunc modū plura. Huius tamen ſuprema quaſi lugeret ſeculum penuria inſecuta eſt frugū omnium. ac(ne fortuitum quod acciderat videretur) īminētia mala nō dubiis ſignis apparuerūt;

Capitulum. iii. de hoīs genitura. meſtruis mulierum. ſterilitate ac fecunditate. conceptus natura. de nonnullorū magnorumvirorum diuerſis conditionibus. de lapide alectorio;

IAm fauſta quedam ex plebe partu vno edidit quattuor geminos. mares duos totidemq; feminas / monſtruoſa fecūditate portendens future calamitatis indiciū. quanlibet trogus autor affirmet! in egypto ſeptenos vno vtero ſimul gigni. q̄ ibi minus mirum. cum fetifero potunilus non tantum terrarum ſed etiam hominū materna fecundet arua. Legimus ſane. gn. pompeium euthitidem feminam habuiſſe aſia exibitam / quam cōſtabat tricies enixam cum viginti eius liberis in theatro ſuo publicaſſe;

Vnde competens hoc loco duco! ſuper hoīnis generatioue tractare. Et enim (cū de animalibus que digna dictu videbuntur prout patria cuiuſq;

admonebit ſimus notaturi ) iure ab eo potiſſimū ordiemur / quod rerū natura ſenſus iudicio et rationis capacitate prepoſuit omnibus. Itaqꝫ (vt democritus phiſicus oſtendit) mulier ſolum animal mēſtruale eſt cuius profluuia nō paruis ſpectata documentis inter mōſtrifica merito numerātur. Contacta his fruges non germinabunt. aceſcunt muſta. moriētur herbe. amittēt arbores fructus. ferrum rubigo corripiet. nigreſcent era. ſi quid canes inde ederint! in rabiem efferabuntur / nocituri morſibus quibus limphaticos faciunt. Parua hec ſūt. Bitumē in iudea quod aſphaltides gignit lacus adeo lentū mollitie glutinoſa vt a ſe nequeat ſeparari. enimuero ſi abrūpere partē velis! vniuerſitas ſequetur / ſcindiqꝫ non poteſt. quoniā inq̃tum ducatur / extēditur. ſed (vbi admota fuerīt cruore illo polluta fila) ſpōte diſpergitur. et applicata tabe deducitur paulo āte corpus vnū. fitqꝫ de tenacitate connexa cōtagione partitio repentina. Habet plane illud in ſe ſolum ſalutare quod auertit ſidus helene pernicioſiſſimū nauigātibus. Ceterum ipſe femine quibus minus eſt neceſſitatis huius! q̃diu ſunt in ſua lege / nō innocētibus oculis contuentur: aſpectu ſpecula viciāt. ita vt hebetetur viſu fulgor offenſus. et ſolitam emulationē

vultus extinctus ſplēdor amittat. facieſq; obtunſi nitoris quadam caligine nubiletur; Mulierū alie in eternum ſteriles ſunt. alie mutatis cōiugiiſ exuunt ſterilitatem. nōnulle tantū ſemel pariūt. quedam aut femians aut mares ſemper. Poſt annum quīquageſimū fecūditas omniū cōquieſcit. nam in annum octogeſimū viri generant. Sicut maſiniſſa rex mathumannū filium ſeptuageſimū et ſextum annum agens genuit. cato octogeſimo exacto ex filia ſolonis clientis ſui auum vticenſis catonis procreauit; Compertum et illud eſt! q nunc duo conceptus (cū īterceſſit paululū temporis) vterq; reſidet. Sicut in hercule et iſide apparuit fratre eius qui geſtatim eodem onere īteruallis tamen quibus concepti fuerant nati videntur. Et de procenneſia ancilla que e dupplici adulterio geminos edidit. vtrumq; patri ſuo ſimilem. Hic iſides hyolaum creat/ qui ſardiniā ingreſſus palantes incolarū animos ad concordiam eblāditus! olbiam atq; alia greca oppida extruxit/ hyolenſes ab eo dicti. ſepulcro eius templum addiderūt. q imitatus virtutem patrui/ malis plurimis ſardiniam liberaſſet. Ante omnia ſobolem cogitātibus/ ſternutatio poſt coitum cauenda. ne prius ſemen excuciat/ impulſus repētinus/ q penetra=

libus ſe matris ĩſinuet humor paternus. Q; ſi na
turalis materia heſerit/ decimus a conceptu dies
dolore grauidas admonebit. iam inde ĩcipiet et ca
pitis ĩquietudo. et caligiẽ viſus hebetabitur. cibo
rum quoq; faſtidiis ſthomachi claudetur cupido.
conuenit inter omnes/corda primum ex vniuer=
ſa formari carne. eaq; in diem quintũ et ſexageſi=
mum creſcere de minutis ex oſſibus ſpinas .eaq;
propter capitale ẽ/ ſi pars alterutra noceatur.pla
ne ſi corpuſculum in marem figuretur/ melior ẽ
color grauidis et pronior partitudo vteri. deniq;
a quadrageſimo die mouetur alter ſexuſ. nonage=
ſimo primo die palpitat. et cõcepta femiã geſtãtiſ
vultum palore inficit.crura quoq; prepedit lãgui
da tarditate.In vtroq; ſexu cum capilli germinãt
ĩcõmodum maius ẽ. fitq; pleniluniis auctior egri
tudo. quod tempus editis etiã ſemper nocet .Cũ
ſalſiores eſcas edit grauida/vngulis caret partus.
At (cum prope ad vterum liberandum venerint
momenta maturitatis)enitentis ſpiritum retine=
re plurimũ congruit. quoniãquidem letali mora
oſcitatio ſuſpendit puerperia. Contra naturã eſt ĩ
pedes procedere naſcẽtes. quapropter velut egre
parti appellantur agrippe.ita editi minus proſpe
re viuunt.et de vita breui euo recedunt. Deniq; ĩ

vno agrippa felicitatis exemplum eſt. nec tamen
vſqꝫ eo inoffenſe/vt non plura aduerſa pertulerit
q̃ꝫ ſecunda. namqꝫ miſera pedum valitudine/et a=
perto cõiugis adulterio/et aliquot ĩfelicitatis no=
tis prepoſteri ortus omen luit; Feminis per=
inde eſt infauſta natiuitas/ ſi concretum virginal
fuerit. quo pacto genitalia fuere cornelie que edi=
tis gracchis oſtentum hoc piauit ſiniſtro exitu li=
berorũ. Rurſũ necatis matribus natus eſt auſpi=
catior. ſicut ſcipio africanus prior. qui defũcta pa
rẽte(qꝫ exciſus vtero in diẽ venerat)primus roma
norũ ceſar dictus ẽ. Egeminis ſi remanẽte altero
alter abortiuo fluxu exciderit/ alter qui legitime
natus eſt vopiſcus nominatur. Quidam et cũ den
tibus procreãtur. vt. gn. papirius carbo et. m. cu=
rio dentatus/ob id conominatus. Quidã vice den
tium continui oſſis armantur ſoliditate. qualem
filium bithinorũ rex pruſias habuit. Ipſũ dẽtiũ
numerum diſcernit qualitas ſexus. cum in viris
plures ſint/in feminis pautiores. quos ſynodõtaſ
vocãt. et quibus gemini procedũt ab dextera par=
te/fortuẽ blandimẽta promittũt. quibus ab leua/
verſa vice. Naſcentium vox prima vagitus eſt. le=
ticie enim ſenſus differtur in quadrageſimum di
em. Itaqꝫ vnum nouimus eadem hora riſiſſe qua

erat natus ſcilicet zoroaſtrem. Socratem mox op
timarum artium peritiſſimū. At aulus craſſus a=
uus eius quem rapuerant bella parthica (q̄ nūq̄
riſerit) agelaſtus cognominabatur. Inter alia ſo=
cratis magna preclarius illud eſt! q̄ ī eodē vultus
tenore etiam aduerſis interpellantibus perſtitit.
Heraclitus et diogenes cinicus nichil vnq̄ niſi de
rigore animi remiſerūt. calcatiſq; turbinibus for=
tuitorum aduerſus omnem dolorē vel miſericor=
diam vniformi durauere propoſito. Pompeium
poetam conſularem virum nūq̄ ructaſſe habetur
inter exempla. Antoniam druſi non ſpuiſſe perce
lebre eſt. Nonnullos naſci accepimus cōcretis oſ=
ſibus. eoſq; neq; ſudare conſueſſe / neq; ſitire. qua=
lis ſyracuſanus ligdamus fertur. qui tercia et tri
ceſima olimpiade primus ex olimpico certamine
pancracii coronam reportauit. cuiuſq; oſſa depre=
henſa ſunt medulam non habere. Maximā viriū
ſubſtātiam neruos facere certiſſimum eſt. quātoq;
fuerint dentiores tanto propenſius augeſcere fir=
mitatē. Varro in relatione prodigioſe fortitudīs
adnotauit! tritannū gladiatorem natura ſānitem
fuiſſe qui et rectis et tranſuerſis neruis nō modo
crate pectoris ſed et maībus cācellatis et brachiis
omnes aduerſarios leui tactu ac pene ſecuris con=

greſſionibus vicerit. Eius filium militem. gn. põ
peii pari modo natum ita ſpreuiſſe hoſtem prouo
cantem/ vt inermi eũ dextera exuperaret. et cap=
tum digito vno in caſtra imperatoris ſui reporta=
ret. Milonẽ quoqꝫ crotonienſem egiſſe oĩa ſupra ꝙ
homo valet. etiam hic proditur/ qꝰ ictu nude ma=
nus taurum fecit victimam. eumqꝫ ſolidum qua
mactauerat die abſumpſit ſolus/ nõ grauatim. ſu
per hoc nichil dubium. nam factũ inde elogiũ ex
tat/ victor ille omnium certaminũ obiit; Sane
alectorius traditur/ qui lapis ſpecie cryſtallina fa=
be modo in gallinaceorũ ventriculis ĩuenitur. ap
tus (vt dicũt) preliantibus. milon porro tarquini
priſci temporibus emicuit;

## Capitulũ. iiii. de ſimilitudine externorũ;

Iam vero qui deflexũ animũ referat ad ſimilitudinum cauſas / quantũ artificis nature ingeniũ deprehenderit / Interdũ enim ad genus ſpectant. et per ſobolem in famili as tranſitus faciũt. ſicut plerumqꝫ paruuli modo neuos / modo cicatrices / modo qualeſcũqꝫ ſue ori ginis notas ferunt. Vt in lepidis / quorum tres interuulſa tamen ſerie ex eadem domo abducto in

membrana oculo ſimiles geniti reperiũtur. velut in bizantio nobili pugile. qui(cum matrem habe ret adulterio ex ethiope conceptã que nichil patri comparandum reddidiſſet) ipſe in ethiopem auũ regenerauit. Sed hoc minus mirum / ſi reſpicia= mus ad ea que ſpectata ſũt ĩter externos; Re= gem anthiocũ artheniuſ quidam e plebe ſyriatica ſic facie emula mentiebatur / vt poſtmodũ laodice vxor regia obiecto populari iſto tamdiu diſſimu= lauerit defunctum maritum / quoad ex arbitratu eiuſ regni ſucceſſor ordinaretur; Inter. gn. põ peium et. gn. vibium humili loco natum tantus error extitit de paribus lineamẽtis / vt romani vi= bium pompeii nomine / pompeium vibii vocabu lo cognominarẽt; Oratorem lucium plancũ rubrius hiſtrio ſic ĩpleuit / vt et ipſe plancus a po pulo vocaretur; Armẽtarius mirmillo et caſ= ſius ſeuerus orator ita ſe mutuo reddiderũt (vt ſiquando pariter viderẽtur) dinoſci non poſſent. niſi diſcrepãtiã habituſ indicaret; Marcus meſ ſala cẽſorius et menogenes effigie vulgari hoc fu erunt vterqꝫ / quod ſinguli nec alium meſſalam q̃ menogenem / nec menogenem alium q̃ meſſalam putauerũt; Piſcator ex ſicilia proconſuli ſyrie preter alia etiam rictu oris comparabatur. itaqꝫ ĩ

eodem vocis impedimento et tarditate ſono līgue
naturalibus offendiculis congruebant. interdum
non modo īter externos ſed etiam inter cōductos
ex diuerſiſſima parte orbis miraculo īdiſcreti vul
tus fuere ; Deniqꝫ cum ātonio iam triumuiro
thoranius quidam eximios forma pueros velut
geminos trecentis ſeſtercii vendidiſſet / quorū al=
terum de tranſalpina gallia alterum ex aſia cōpa=
rauerat / adeoqꝫ vt vna res viderētur / niſi ſolus
ſermo fidem panderet. atqꝫ ideo cum irriſū ſe an=
tonius grauaretur / non infacete thoraniuſ id vel
precipue quod ēptor criminabatur precioſū pro=
bauit. neqꝫ enim mirum ſi forent pares gemini.
illud nullis poſſe taxationibus eſtimari / quod tā=
tis ſpatiis diuerſitas ſeparata pluſq̄ geminos at=
tuliſſet. quo reſponſo adeo ātonius mitigatuſ eſt /
vt deinceps nichil ſe habere carius in ſubſtantia
ſua iactitaret ;

## Capitulum. v. de menſura forme hominis ;

NVnc (ſi de ipſis hominū formis requira
tur) liquido manifeſtabitur / nichil de ſe
antiquitatem mendaciter predicaſſe. ſed
corruptam degeneri ſucceſſione ſobolem noſtri tē

poris per naſcentiū detrimenta decus veteris pulchritudinis perdidiſſe. Licet ergo pleriqꝫ definiant/nullum poſſe excedere longitudinem pedum ſeptem (ꝙ intra menſuram iſtam herculeſ fuerit) deprehenſum tamen eſt romanis temporibus ſub diuo auguſto puſionem et ſecundillam denos pedes et amplius habuiſſe proceritatis. quorum reliquie adhuc in cōditorio ſaluſtianorum vidētur;

Poſtmodum diuo claudio prīcipe gabbarium nomine ex arabia aduectum nouem pedum et totidem vnciarum. ſed ante auguſtum annis ferme mille non apparuit forma huiuſmodi/ ſicut nec poſt claudium viſa eſt. Quis enim iam euo iſto non minor parentibus ſuis naſcitur? Priſcorum autem teſtantur molem etiam oreſtis ſuprema. cuiuſ oſſa olympiade quīquageſima et octaua tegee īuenta a ſpartaniſ oraculo monitis diſcimuſ impleſſe longitudinē cubitorū ſeptem; Scripta quoqꝫ ex antiquitate memoriaſ accerſunt ī fidē veri. ꝙ bello cretico (cum elata flumina pluſq̄ vi amnica terraſ rupiſſent) poſt diſceſſum fluctuum inter plurima humi diſcidia humanū corpus repertum ſit/cubitorum trium atqꝫ triginta. cuius inſpectādi cupidine luciū flaccū legatū metellum etiam ipſum impendio captos miraculi. quod au

ditu refutauerant oculis potitos ; Non omiſe rim ſalamiam enthimenis filium creuiſſe in triē nio tricubita ſublimitate. ſed inceſſu tardo. ſenſu hebeti. robuſta voce. pubertate feſtina. ſtatimq; ob ſeſſū morbis plurimis īmoderatis egritudinum ſuppliciis compenſaſſe precipitem incrementi celeritatem ; Menſure ratio bifariam conuenit. nam quantus manibus expanſis inter digitos lōgiſſimos modus eſt! tantū conſtat eſſe īter calces et verticem. ideoq; hominem phiſici minorē mūdum iudicauerunt. parti dextere habilior aſcribitur motus. leue! firmitas maior. vnde altera geſticulationibus promptior eſt. altera oneri ferendo accōmodatior. Pudoris diſciplinam etiam inter corpora defuncta natura diſcreuit. Ac (ſiquando cadauera necatorū fluctibus euehūtur) virorum ſupina. prona fluitant feminarum ;

Capitulum. vi. de pernicitate hominum viſuſq; perſpicuitate ;

VErum (vt ad pernicitatis titulum trāſeamus) primam palmam velocitatis ladas quidam adeptus eſt. qui ita ſuper cauū puluerem curſitauit! vt harenis pendentibus nul

la indicia relinqueret veſtigiorum ; Polymneſtor mileſius puer (cum a matre locatuſ eſſet ad caprarios paſtus) ludicro leporem conſecutus eſt. et ob id ſtatim productus a gregis domino olympiade ſexta et quadrageſima (vt bocchus autor ē) victor in ſtadio meruit coronari ; Philipides biduo mille ducenta quadragīta ſtadia ab athenis lacedemonē decucurrit ; Aniſcis / lacon / et philonides alexandri magni curſores / ab elin vſq3 ſicionē mille ducēta ſtadia vno die trāſierūt ; Pōpeio vibſanoq3 conſulibus in italia octo annos puer natus quinq3 et quadraginta milia paſſuum a meridie trāſiuit ad veſperū ; Viſu deīde potuit plurimū ſtrabo nomine quē ſuperaſpexiſſe per centum triginta quinq3 milia paſſuum varro ſignificat. ſolitūq3 exeunte a cartagine claſſe punica numerum nauiū manifeſtiſſime ex lybitana ſpecula notare ; Cicero tradidit / iliadem omnem ita ſubtiliter in membranis ſcriptam / vt teſta nucis clauderetur ; Callicrates formicas ex ebore ſic ſculpſit / vt portio earū a ceteris ſecerni nequiuerit ; Apollonides perhibet ī ſcythia feminas naſci que bithie vocantur. haſq3 in oculiſ pupillas geminas habere. et perimere viſu / ſi forte quem irate aſpexerint. he ſunt et in ſardinia ;

Capitulum.vii.de corporis fortitudine. me=
moria.de hominū moribus. catonis ſapiētia.
naſice religione.romanorum eloquentia.pie=
tate atq; felicitate ;

Preualuiſſe fortitudiē apud maiores ro
manos lucium ſicinium dētatum titu=
lorum numerus oſtendit. tribunus hic
plebis fuit. non multo poſt exactos reges ſpurio
tarpeio aulo acerio conſulibus idem ex prouoca=
tione octies victor/quadragies quīquieſ aduerſas
habuit cicatriceſ.tergo nullam notam.et ſpolia ex
hoſte tricies et quater cepit.ī phaleris/ haſtis/pu
ris armillis/coronis trecenta duodecim dona me
ruit.nouem imperatoreſ/qui opera eius vicerāt/
triūphantes proſecutus; Poſt hūc marcus ſer
gius duobus ſtipēdiis primo aduerſo corpore ter
et vicies vulneratus/ ſecundo ſtipendio in prelio
dexteram perdidit.qua de cauſa poſtea ſibi manū
ferream fecit.et cum neutra pene idonea ad preli
andum valeret/vna die quater pugnauit.et vicit.
ſiniſtra duobus equis eo inſidente cōfoſſis.ab hā=
nibale bis captus refugit . cum viginti menſibus
quibus captiuitatis ſortem perferebat nullo mo=
mento ſine cōpedibus fuerit/ et catenis omnibus

aſperrimis preliis / que tempeſtate illa romani ex:
perti ſūt / īſignitus donis militaribus a traſimēno
trebia ticinoq coronas cynicas rettulit. cannenſi
quoq prelio (de quo refugiſſe eximium opus vir
tutis fuit) ſolus accepit coronā. beatus profecto
tot ſuffragiis gloriarum / niſi heres in poſteritatis
eius ſucceſſione catilina tantas adoreas odio dam
nati nominis obumbraſſet ; Quantum inter
milites ſiciuius aut ſergius / tantum inter duces /
imo (vt verius dicam) inter omnes homines ceſar
dictator enituit. huius ductibus vndecies centum
quadraginta et duo milia ceſa hoſtium. nā quātū
bellis ciuilibus fuderit / noluit adnotari. ſignis col
latis quinquagies et bis dimicauit. marcum mar
cellū ſolus ſupergreſſus / qui nouies et tricies pa:
ri modo fuerat preliatus. adhuc nullus celerius
ſcripſit. nemo celerius dictauit. nemo velocius le
git. quaternas etiam epiſtolas perhibetur ſimul
dictaſſe. benignitate adeo preditus / vt quos armis
ſubegerat / clemētia magis vicerit. Cyrus memo
rie bono inclaruit / qui in exercitu cui numeroſiſ
ſimo prefuit / nominatim ſigulos alloquebatur.
fecit hoc idem ī populo romano lucius ſcipio. ſed
et cyrum et ſcipionē conſuetudine credamus pro
feciſſe. Cineas pirrhi legatus poſtero die q̄ īgreſ

ſus fuerat romam et equeſtrem ordinem et ſenatū propriis nominibus ſalutauit. Rex pōticus mytrhidates duabus et viginti gētibus quibus imperitabat ſine interprete iura dixit. Memoriam ex arte fieri palam factum eſt. ſicut metrodorus philoſophus / qui temporibus diogenis cynici fuit. in tantū ſe meditatiōe aſſidua prouexit / vt a multis ſimul dicta non modo ſenſuum ſed etiam verborum ordinibus detineret. Nichil tamen in homine aut metu aut caſu aut morbo facilius īterci pi ſepe perſpectum eſt. qui lapide ictus fuerat / accepimus oblitum litterarū. Meſſallam certe coruinū oratorem poſt egritudinē quam pertulerat percuſſum proprii nominis obliuione. quālibet alias ei ſenſus vigeret / memoriā metus peremit;

Inuicem metus vocis īterdum eſt incitamentum. quam non ſolum acuit / ſed etiam (ſi nunq̄ fuerit) extorquet. Deniq; (cū olympiade octaua et quinquageſima victor cyrus ītraſſet ſardis aſie oppidum / vbi tamen creſuſ latebat) atys filius regis mutus ad id vſq; temporis / in vocem erupit vi timoriſ. exclamaſſe enī dicitur parce patri meo cyre. et hominem te vel caſibus diſce noſtris;

Tractare de moribus ſupereſt. quorum excellentia in duobus maxime enituit. Cato prīceps por

cie gentis/ſenator optimus/orator optimus/im=
perator optimus. cauſā tamen quadragies et qua
ter dixit. diuerſis odiorū ſimultatibuſ appetitus.
ſēper abſolutus. vnde ſcipionis emiliani laus pro
penſior/qui preter bona quibus cato clarus fuit/
etiam publico amore preceſſit; Vir optimus/
naſica ſcipio iudicatus eſt/non priuato tantū teſti
monio/ſed totius ſenatus ſacramēto. quippe quo
inuētus dignior non fuit/cui precipue religionis
crederetur miniſterium. cum oraculum moneret
accerſi ſacra deum matris piſſinūte; Plurimi
inter romanos eloquentia floruerunt. ſed hoc bo
nū hereditariū nūq̄ fuit/niſi in familia curionū.
in qua tres ſerie continua oratores fuere. Mag=
nū hoc habitum eſt. ſane eo ſeculo quo facūdiam
precipue et diuina et humana mirata ſunt. quip=
pe tunc percuſſores archilochi poete apollo prodi
dit. et latronum facinus deo coarguente detectū
eſt. Cumq; lyſander lacedemonius athenas obſi=
deret/vbi ſoflocliſ tragici inhumatum corpus ia
cebat/identidē liber pater ducem monuit per qui
etem/ſepeliri delicias ſuas ſineret. nec prius de=
ſtitit q̄ lyſander cognito quiſ obiſſet diem et quid
a numine poſceretur/īducias bello daret. vſq; dū
congrue ſupremis talibus exequie ducerētur. Di

darum lyricū e conuiuii loco cui imminebat rui
na(ne cum ceteris interiret)foriſecus eum caſtor
et pollux vocauerunt īſpectātibus vniuerſis.quo
effectū eſt/vt et ſolus impendens periculū euade
ret. Numerādus poſt deos gneus pōpeius mag=
nus intraturus poſſidonii domū clariſſimi tūc ſa=
piētie profeſſoris.percuti ex more a lictore fores
vetuit.ſūmiſſiſq; faſcibus quanlibet confecto my=
thridatico bello et orientiſ victor ſentētia propria
ceſſit ianue litterarū. Africanuſ prior quīti ennii
ſtatuā imponi ſepulcro ſuo iuſſit. Vticenſis cato
vnum ex tribunatu militum philophum/aliū ex
cypria legatioē romā adduxit.profeſſus plurimū
ſe eo facto ſenatui et populo contuliſſe.quanlibet
proauus eius ſepiſſime ſēſuiſſet/grecos vrbe pel=
lendos. Dyoniſius tyrannus vi tactam nauē pla
toni obuiam miſit.ipſe cum albis quadrigis egre
dientem in litore occurrēs honoratus eſt; Per
fectam prudētiam ſoli ſocrati oraculum delphicū
adiudicauit; Pietatis documentum nobilius
quidem in metellorum domo refulſit. Sed emi=
nētiſſimū in plebeia puerpera reperitur.humilis
hec.atq; ideo fame obſcurioris.cum ad patrē(qui
ſupplicii cauſa clauſtris penalibus continebatur)
egre obtinuiſſet ingreſſum/exquiſita ſepiuſ a iani

toribus(ne forte parēti ſūminiſtraret cibū) alere eum vberibuſ ſuis deprehenſa eſt. que res et locū et factū cōſecrauit. nam qui morti deſtinabatur/ donatus eſt filie/in memoriam tanti preconii reſeruatus. locus dicatus ſuo numini. pietatis ſacellum eſt. Nauis phrigia gerula ſacrorū(dum ſequitur vittas caſtitatis)contulit claudie principatū pudicicie. At ſulpicia paterculi filia marcii fuluii flacci vxor cenſura omniū matronarum e centum probatiſſimis haud temere delecta eſt/que ſimulacrū veneris(vt ſibyllini libri monebant)dedicaret; Qui attingat ad titulū felicitatis necdū repertus eſt/qui felix cēſeri iure debeat. Nāq; cornelius ſylla dictus potius eſt q̄ fuit felix. ſolū certe beatum cortina aglaum iudicauit/ qui in anguſtiſſimo arcadie angulo pauperis ſoli dominus nūq̄ egreſſus paterni ceſpitis termiōs īuenitur;

Capitulum. viii. de italia. eius longitudine/ latitudine ac vrbium conditoribus;

E homine ſatis dictum habeo. nunc(vt ad deſtinatum opus reuertamur) ad locorum cōmemorationem ſtilus dirigendus eſt. atq; adeo prīcipaliter ī italiā /cuiuſ decus

iam in vrbe contigimus . ſed italia tanta cura ab omnibus dicta eſt/precipue a marco catone! vt iã inueniri non poſſit quod non veterum autorum preſumpſerit diligentia. largitur in laudem excellẽtis terre materia ſuppetẽte. dum ſcriptores preſtantiſſimi reputant locorum ſalubritatem. celi tẽperiem. vbertatem ſoli. aprica collium. opaca nemorum. innoxios ſaltus. vitium olearumq; prouentus. nobilia pecuaria. tot amneſ. lacus tantos. bifera violaria. inter hec veſubium flagrantis anime ſpiritu vaporantem. tepentes fõtibus baias. colonias tam frequentes. tam aſſidua nouarũ vrbium gratiam. tam clarum decus veterum oppidorum. que primũ ab origines/aurunci/pelagi/arcades/ſiculi/totius poſtremo grecie aduene/et ĩ ſũma victores romani condiderũt. adhoc litorum portuoſa oraſq; patentibus gremiis cõmercio orbis accõmodatas. Verum (ne prorſus intacta videatur) ĩ ea que minus trita ſũt aĩmũ ĩtẽdere haud abſurdum videtur. et parcius depaſta leuibus veſtigiis inuiare; Nã quis ignorat vel dicta vel condita a iano ianiculum. A ſaturno latiũ atq; ſaturniã. A dane ardeam. A comitibus herculis policlen. Ab ipſo in campania pompeios qua victor ex hiſpania pompam boum duxerat. In liguria

quoq; lapidarios campos. ꝙ ibi ioue dimicante cre
duntur pluiſſe ſaxa . Regionem ionicam ab ione
nanlochi filia quam procaciter inſidentē vias her
cules (vt ferunt) interemit . Archipennam a mar
ſia rege lydorum . quod hiatu terre hauſtum diſſo
lutum eſt in lacum fucinū . Ab iaſone templum
iunoniſ argiue . A pelope piſas . A cleolao minois
filio daunios . Iapigas ab iapige dedali filio . Tyr
rhenos a tyrrheno lydie rege . Chorā a dardano .
Agellinam a pelaſgis / qui primi in latiū litteras
intulerunt . Ab haleſo argiuo phaliſcam . A pha
lerio argiuo phalerios . Feſcenniū quoq; ab argi=
uis . Portum partenium a focēſibus . Tybur (ſi
cut cato facit teſtimonium) a cathillo arcade pre=
fecto claſſis euandri . ſicut ſextius ab argiua iuuē
tute . Cathillus enim amphiorai filius poſt pro=
digialem patris apud thebas interitum oeclei aui
ſui iuſſu cum omni fetu verſacrum miſſus / tres
liberos in italia procreauit . tyburthum . choram .
cathillum . qui depulſis ex oppido ſicanie veteri=
bus ſicaniſ a nomine tyburti fratriſ natu maximi
vrbem vocauerūt . mox in bruciis ab vlixe extruc
tum templum minerue īſula lincea appellata . ab
iecto ibi corpore ſyrenis ita nominate / partheno=
pea a parthenope ſyrenis ſepulcro . quā auguſtus

poſtea neapolim eſſe maluit. Preneſte( vt zeno=
dotus)a preneſte vlixis nepote latini filio. vt pre
neſtini ſonant libri! a cerulo quē iuxta ignes for=
tuitos inuenerūt. vt fama eſt digitiorum ſororeſ.
Notum eſt a philothete petiliam coſtitutam. Ar
pos ac beneuentum a diomede. Patauiū ab āthe
nore. Metapontum a piliis. Scylaceum ab athe
nienſibus. Subarim a troezeniis. Sagarim ab
aiacis locri filio. Sallentinos a ſalictiis. Anconā
a ſiculis. Gabios a galatio et bio ſiculiſ fratribus.
Ab heraclidiis tarentum. Inſulā tenſam ab ioni
bus. Peſtum ab oriēſibus. A miſcelo acheo cro
tonam. Regium ab chalcidenſibus. Cauloneam
et thermam a crotonienſibus. A nariciis locros.
Heretum a grecis in honorem here. ſic enim iu=
nonem greci vocant. Arechiam ab archiloco ſicu
lo. vnde et nomē(vt hemine placet)tractum. hoc
in loco oreſtes oraculo monitus ſimulacrum ſcy=
thice diane (quod de taurica extulerat priuſq̄ ar=
gos peteret)conſecrauit. A zanglēſibus metaurū
locatum. A locrenſibus metapontum. quod nūc
iubo dicitur. Bochus abſoluit gallorum veterum
propaginē vmbrios eſſe. marcus antonius refert
hos eoſdem (q̄ tempore aquoſe cladis imbribus
ſuperfuerīt)ūbrios grece nominatos. Liciniano

placet a meſapo greco meſapiam dictã . eam tamẽ originẽ verſam poſtmodum in nomen calabrie . quã in exordio oenotri frater peutetius peutecíã nominauerat . Par ſententia eſt inter autores a gubernatore enee appellatum palinurum a tibici ne . Miſenum a conſobrina . Luconiam inſulam inter omnes perſpicue cõuenit a nutrice caieta ca ietam inſulam . Ab vxore lauiniũ eſſe nũcupatũ . quod poſt troie excidium ( ſicuti coſtonius perhi= bet) quarto anno extructum eſt . Nec omiſſum ſit eneam eſtate ab ilio capto ſecũda italicis litoribus appulſum (vt hemina tradit ) ſociis non amplius ſexcentis in agro laurenti poſuiſſe caſtra . vbi (dũ ſimulacrum quod ſecum ex ſicilia aduexerat dedi cat veneri) mater que frutis dicitur a diomede pal ladiũ ſuſcepit . tribuſq; mox annis cum latino reg nauit ſocia poteſtate / quingentis iugeribus ab eo acceptis . quo defuncto ſũmam biennio adeptus apud numicum apparere deſiit anno ſeptimo . pa= triſq; ĩdigetis ei nomẽ datũ . Deinde cõſtituta ab aſcanio longua . alba . fidene . Aricia . nola a tiriis . Ab euboenſibus cume . Ibidem ſibylle ſacellum eſt . ſed eius que rebus romanis quinquageſima olympiade ĩterfuit . cuiuſq; librum ad cornelium viſq; ſyllam pontifices noſtri conſulebant . tũc enĩ

vna cum capitolio igni abſumptus eſt. nam prio res duos (tarquino ſuperbo parcius precium of=ferente q̄ᵱ poſtulabatur) ipſa exuſſerat. huius ſe pulcrum in ſicilia adhuc manet. Delphicā autem ſibyllam diu ante troiana bella vaticinatā bochus autumat. cuius plurimos verſus operi ſuo home rum inſeruiſſe manifeſtat. hanc eriphyle erithrea annis aliquot intercedētibus īſecuta eſt. ſibyllaqꝫ appellata eſt de ſciētie parilitate. que īter alia ma=gnifica leſbios amiſſuros imperium mariſ multo ante premonuit q̄ᵱ id accideret. ita cumanam ter=cio fuiſſe poſt has loco ipſa eui ſeries probat;

Ergo italia in qua latiū antiquū antea a tyberi nis oſtiis ad vſqꝫ lirim amnē pertinebat! vniuerſa conſurgit a iugis alpium. porrecta ad reginū ver ticē et litora bruttiorū quo in mare meridiē ver=ſus protenditur. inde procedens paulatim ſe ap=pēnini montis dorſo attollit. extenſa īter tuſcum et adriaticum. id eſt inter ſupernū mare et īferū. ſimilis querneo folio. ſcilicet proceritate amplior q̄ᵱ latitudine. vbi longius abit! in cornua duo ſcin ditur. quorum alterum ionium reſpectat equor. alterum ſiculū. inter quas prominentias nō vno margine acceſſum inſinuati freti recipit. ſed lon=gius proiectis ſepius ac procurrentibus diſtinctū

promōtorii ſ pelagus accipit. ibi ( vt obuia paſſi no temus) arces tarētine. cillea regio. cū ſcilleo oppido. et crateide flumiē. ſcilla matre. vt vetuſtas fabulata ē. Regini ſaltus peſtane valles. ſyrenū ſaxa ameniſſimi campanie tractus. flegrei campi. circe domus. tarracina inſula / ante circūflua immenſo mari. nunc euo nectente addita continenti. diuerſamq; fortunam a reginis expertam / quos fretū medium a ſiculis vi abſcidit. formie etiam leſtregonibus habitate. Multa preterea pollentiſſimis īgeniis ediſſerta. que preterire q̄ īferius exequi tutius duximus; Verum italie lōgitudo que ab auguſto pretorio per vrbem capuāq; porrigitur / vſq; ad oppidum regium decies centena et viginti milia paſſuum colligit. Latitudo (vbi plurimū) quadrīgenta decem. vbi minimū / cētum triginta ſex milia. artiſſima eſt ad portū quem hannibalis caſtra dicunt. neq; enim excedit quadringenta milia. vmbilicū (vt varro tradit) in agro reatino habet. at inſolidum ſpacium / circuitus vniuerſi quadragies nouieſq; centena ſūt. in quo ābitu aduerſa locrentium fronte ortus a gadibus finitur. europe ſinus primus. nam ſecundus a lacinio auſpicatus in acroceranniis habet. Adhoc italia pado clara eſt. quem mons veſulus ſuperantiſſimus inter

iuga alpium gremio ſuo fundit. viſſenno fonte in ligurum finibus / vnde ſe primū padus proruit. ſubmerſuſq; cuniculo rurſus in agro vmbonenſi extollitur. nulli amniū inferior claritate. a grecis dictus eridanus. intumeſcit ex ortu canis tabefactis niuibus et liquētibus brume pruinis. auctuſq; aquarum acceſſione! triginta flumina in adriaticum defert mare ;

Capitulū. ix. de hirpis. de marſonibus. de vipera. de bois. de lupiſ. de līcibuſ. de cicadiſ mutis. de fructicibus liguſtici maris. de corallio. de diomedeiſ auibus. de prouīcia italie vicina. de cacochite lapide ;

e Memorabilibus inclytum et inſigniter per ōnium vulgatū ora! q perpauce familie ſunt in agro faliſcorum quos hirpos vocant. hi ſacrificiū ānuū ad mōtem ſoractis apollini faciunt. id operātes geſticulatioībus religioſis. impune inſultant / ardētibus lignorū ſtruibus in honorem diuine rei flammis parcentibus. cuius deuotionis miniſterium munificentia ſenatus honorata hirpis perpetuo cōſulto omniū munerum vacationem dedit ; Gentem marſorum

ſerpentibus illeſam eſſe nichil mirum . a circe
filio hi genus ducunt. et de auita potentia deberi
ſibi ſciunt ſeruicium venenorum. ideo venena cō
temnūt. Caius celius oethetres filias dicit. angi
tiam/ medeam / circen . Circen circeios inſediſſe
mōtes/carminū maleficiis variaſ imaginū facies
mentientem . Angitiam vicina fucino loca occu=
pauiſſe. ibiq; ſalubri ſcientia aduerſus morbos re
ſiſtentem. cum deſiiſſet hominem viuere! deā ha=
bitam . Medeam ab iaſone bruthoti ſepultam / fi
liumq; eius marſis imperaſſe . Sed q̄uis italia ha
beat hoc preſidiū familiare! a ſerpentibus non pe
nitus libera eſt ; Deniq; amidas quas ātea gre
ci condiderant! ſerpētes fugauere . Illic frequēs
vipera inſanabili morſu. breuior hec ceteris quas
in aliis aduertimus orbis partibus . ac propterea
(dū deſpectui eſt)facilius nocet ; Calabria che
lidris frequentiſſima et boas gignit. quem auguē
in īmenſam molem ferunt cōualeſcere. captat pri
mo greges bubulos. et que plurimo lacte irrigua
bos eſt! eius ſe vberibus innectit. ſuccuq; cōtinuo
ſaginata longo in ſeculo ita celebri ſacietate vlti=
mo extuberatur! vt obſiſtere magītudini eiuſ nul
la vis queat. poſtremo depopulatis animantibus
regiones quas obſederit cogat ad vaſtitatem. diuo

De Lupo.

deniq̃ claudio pri̅cipe vbi vaticanus ager eſt in aluo occiſe boae ſpectatus eſt ſolidus i̅fans ; Italia lupos habet / qui cum ceteris ſimileſ non ſu̅t. homo quem prius viderint contiſceſcit. et anticipatus obtutu aſpectus nocentis (licet clamādi votum habeat) non habet vocis miniſterium. ſciens de lupis multa pretereo. ſpectatiſſimū illud eſt / caude animalis huius villus amatorius i̅eſt pere xiguus / quem ſpontino damno amittit / cum capi metuit. nec habet potentiam / niſi viuenti detrahatur. coeūt lupi toto anno / non amplius dies duodecim. veſcuntur in fame terram. at ii quoſ ceruarios dicimus (q̃uiſ poſt lōga ieiunia repertaſ egre carneſ mandere ceperint) vbi quid caſu reſpiciūt / obliuiſcuntur. et immemoreſ preſentis copie eūt queſitum quam reliquerant ſacietatē ; In hoc animalium genere nomināt̃ur et linces / quarum vrinas coire in duriciem precioſi calculi fatentur qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſecuti. Iſtud etiam perſētiſcere ipſas linces hoc documēto probatur / ꝙ egeſtum liquorē ilico arenarū cumuliſ quantum valent contegunt. inuidia ſcilicet ne talis egeries tranſeat in noſtrum vſum / vt theofraſtus perhibet. lapidi iſti ad ſuccinū color eſt. pari ſpiritu attrahit propinquantia. doloreſ renū

placat. medetur regio morbo. lingurium grece di
citur; Cicade apud reginos mute. nec vſq̄ ali
bi q̄ apud reginos mute. quod ſilētium miraculo
eſt. nec immerito. cum vicine locrenſium vltra
ceteras ſonēt. cauſas granius tradit. cum obmur=
murarent illic herculi quieſcenti / deum iuſſiſſe /
ne ſtreperent. itaq; ex eo ceptum ſilentium per=
manere; Liguſticum mare fructices procreat
qui quantiſper fuerint in aquarū profundis / flu
xi ſunt. tactu prope carnulento. deinde vbi in ſu=
pera attolluntur / naturalibus derogatis lapides
fiunt. nec qualitas illis tantum / ſed et color ver=
titur. nam et puniceo protinuſ rubeſcunt. ramuli
ſunt quales arborum viſimus ad ſemipedem fre=
quentius longi. rarum eſt pedaneos deprehendi.
excuduntur ex illis multa geſtamina. habet enim
(vt zoroaſtes ait) materia hec quādam poteſtatē.
ac propterea quidquid inde fit / ducitur īter ſalu=
taria; Coralliū alias dicūt. nam metrodorus
gorgiam nominat. idem quod reſiſtat typhonibuſ
et fulminibus affirmat. eruitur gemma in parte
lucanie / facie a deo iocunda / vt languentes intrin
ſecus ſtellas / et ſub nubilo renitentes croceo colo
re perfundat. ea (quoniam in littore ſyrtiū inuē=
ta primo eſt) ſyticies vocatur. eſt et vegetēna a lo

co dicta. cui ſuperficies nigra. quam ad gratiam
varietatis limites albi interſecant notis candidan
tibus; Inſula que apulie oram videt tumulo
ac delubro diomediſ īſignis eſt. et diomedeaſ aues
ſola nutrit. nā hoc genus alitis preterq̄ ibi nuſq̄
gentium eſt. Idq; ſolum poterat memorabile iu=
dicari/niſi accederent non omittenda. forma illis
pene que fulicis. color candidus. ignei oculi. ora
dentata. congregate volitant. nec ſine ratione per
gendi. duces due ſunt que regunt curſum. altera
agmen anteit. altera inſequitur. illa/vt ductu cer=
tum iter dirigat. hec/vt īſtantia vrgeat tarditatē.
hec in meantibus diſciplina eſt. Cum fetificum
adeſt tempus/roſtro ſcrobes excauant. deinde ſur
culis inuerſum ſuperpoſitis texta cratium ſic cō=
tegunt ſubter cauata. et(ne operimenta deſint)(ſi
forte lignorum caſſa venti auferūt) hanc ſtruem
comprimunt terra quam egeſſerant/cum puteos
excitaſient. ſic nidos moliuntur bifori acceſſu. nec
fortuito adeo/ vt ad plagas celi metentur exitus
vel ingreſſus. aditus qui demittit ad paſtus in or
tum deſtinatur. qui excipit reuertentes verſus oc
caſum eſt. vt lux et morantes excitet. et receptui
non denegetur. leuature aluū aduerſus flatibus
ſubuolant. quibus proluuies longius auferatur.

indicant inter aduenas. ſi grecus eſt/propius ac=
cedunt. et q̃tum intelligi datur/ vt ciui blandius
adulantur. ſi quis erit gentis alterius/inuolãt et
impugnant. edem ſacram omni die celebrant ſtu=
dio eiuſmodi. aquis imbuunt plumaſ. aliſq; impẽ
dio madefactiſ confluũt rorulente. ita edẽ excuſſo
humore purificant. tunc pennuliſ ſuperplaudũt.
inde diſceditur quaſi peracta religione. ob hoc cre
dunt diomedis ſocios aues factos. ſane ante aduẽ=
tũ aetholi ducis nomẽ diomedeie nõ habebãt/ ĩde
ſic dicte; Italicus excurſus per lyburnos(que
gens aſyatica eſt)procedit in dalmacie pedem. dal
macia in limitem illiricũ. in quo ſinu dardani ſe=
des habẽt. homines ex troiana proſapia in mores
barbaros efferati. at ex altera parte per lygurum
oram in narbonenſem prouinciam pergit. in qua
focenſes quondam fugati perſarũ aduentu/ maſſi
liam vrbem olympiade quadrageſima quinta cõ=
diderunt. et. g. marius bello cymbrico factis ma=
nu foſſis inuitauit mare. perniciosamq; feruentis
rhodani nauigationẽ temperauit. qui annis preci
pitatus alpibus primo per eluetios ruit occurſã
tium aquarũ agmina ſecũ trahẽs. auctuq; magno
ipſo quod ĩuadit freto turbulentior. niſi cũ fretũ
ventis excitatur/rhodanus ſeuit. et cũ ſerenũ eſt.

atq; ideo īter tres europe maximoſ fluuios et hūc cōputāt. aque quoq; ſextilie illic claruerūt. quōdā hiberna conſulis. poſtea exculte menibus. quorū calor olim acrior exhalatus per tempora euapora uit. nec iam par eſt fame priori / ſi grecos cogite= mus. preſtat reſpicere litus tarentinū vnde a pro mōtorio quod agrani apigiam vocant achaiā deſti nantibus citiſſima nauigatio eſt ; Flectendus hinc ſtillus eſt. terrarum vocāt alie. et longū eſt / vt moratim inſularū omniū oras legamus quaſ= cūq;. promōtoria italica proſpectant. q̃uis ſparſe receſſibus ameniſſimis et quodam nature quaſi ſpectaculo expoſite non erāt obmittende. ſed q̃ tū reſidendum eſt dilatis que precipua ſunt per quā dam deſidiam / aut pandatoriam / aut prochitham dicamus. aut ferri iluam feracem. aut caprariam quam greci iſilon dicunt. aut planaſiā de facie ſu= pinitatis. vel vlixis erroribus ſic vocatam. vel co= lūbariam auiū hoc nominis matrem. vel itaceſiā vlixis (vt proditur) ſpeculam. vel euaream in ari= men homero nominatam. aliaſq; non letas ſecus. inter quas corſicam plurimi in dicendo latius cir cūuecti pleniſſima narrandi abſoluerūt diligētia. Nichilq; omiſſum quod retractanti non ſit ſuper= uacuum. vt exordium incolis ligures dederit. vt

oppida ſtructa ſint. vt colonias ibi deduxerint ma
riuſ et ſilla. vt ipſam liguſtici ſinuſ equor abluat.
ſed hec faceſſāt; Verum ager corſicanus quod
in eo agro vnicum eſt ſolus edit quem catochiten
vocāt lapidem. ſatu digniſſimū. maior eſt ceteris
qui ad ornatum deſtinantur. nec tam gēma ꝙ cau
tes idem impoſitaſ manus detinet. ita ſeiūctis cor
poribus adnectens! vt cum ipſo hereant quibus
tangitur. ſed ei ineſt velut de glutino lentiore ne=
ſcio quid par atq; gummi. accepimus democritū
abderiten oſtentatione ſcrupuli huius frequenter
vſum ad probandā nature occulte potētiam in cer
taminibus que contra magos habuit;

Capitulum. x. de ſardinia. de ſolifuga ſerpē
te. de herba ſardinia. de ciſternis. de mirabi
li fonte medelas afferēte furtūq; detegēte;

Ardinia quoq; quam apud thymeum ſā
doliotē legimus ichinū apud criſpū! in
quo mari ſita ſit! quos incolarum auto=
res habeat! ſatis celebre eſt. nichil ergo attiēt dice
re. vt ſardus hercule/ vorax mercurio procreati.
cum alter alibia / alter abuſq; tarteſſo hiſpanie in
hoſce fines permeauiſſēt! a ſardo/ terre! a uorace/

nore oppido nomē datum mox ariſteum regnādo his proximū in vrbe caralis quam condiderat ip=ſe. conducto populo vtriuſq; ſanguīs / ſeiuges vſq; ad ſe gentes ad vnū morem coniugaſſe / imperiū ex inſolentia nichil aſpernatas. Sed vt hec et io=laum qui ad id locorum agros ibi īſedit / preterea et ilienſes et locrenſes tranſeamus; Sardinia eſt quidem abſq; ſerpentibus. ſed quod aliis locis ſerpens eſt / hoc ſolifuga ſardis agris animal per exiguū. ſimiliſq; araneiſ forma. ſolifuga dicta / q᷑ diem fugiat. in metallis argentariis plurima eſt. nam ſolū illud argenti diues eſt. occultim reptat. et per imprudentiam ſuperſedentibus peſtem fa=cit; Huic incōmodo accedit et herba ſardonia. que īde fluuiis fontaneis prouenit. iuſto largius. ea (ſi edulio fuerit neſcientibus) neruos contrahit. deducit rictu ora. vt qui mortē oppetūt / ītereant facie velut ridentium; Contra quidquid aqua rum eſt varie commodis ſeruit. ſtagna piſculentiſ ſima hiberne pluuie in eſtiuā penuriam reſeruan tur. nam homo ſarduſ opem plurimā de imbrido celo habet. hoc collectaneū departitur vt ſufficiat vſui. vbi defecerint / ſcaturigines ad victum vſur=pari ſolent; Fontes ſane calidi et ſalubres ali=quot locis efferueſcunt / qui medelas afferūt. aut

ſolidant oſſa fracta / aut abolent a ſolifugis incertum venenū. aut etiam ocularias diſſipant egritudines. ſed qui oculis medentur etiam arguendis valent furibus. nam quiſquis ſacramēto raptum negat / lumina aquiſ attrectat. vbi periurium non eſt / cernit clarius. ſi perfidia abnuit / detegitur facinus cecitate. et captus oculis amiſſum tenebris fatetur;

Capitulū. xi. de ſicilia. in qua de ara in medio flumine. de vulcano. de ethna ac eripe montibus. de illuſtribus fratribus duobus. de hemoreo flumine. de ſalinis. de tibiarū nominibus. de geloniſ ſtagno. de vulcano monte. de achate lapide. de vulcaniis inſulis;

I reſpiciamus ad ordinem temporū vel locorum / poſt ſardiniam res vocant ſicule. primo ꝙ vtraqꝫ inſula in romanā poteſtatem redacta iiſdem temporibus facta prouincia eſt. cum eodem anno ſardiniam. m. valerius / alterā. c. flammius pretor ſortiti ſint. adde ꝙ freto ſiculo excipitur nomen ſardi maris. ergo ſicilia (ꝙ cumprimis aſſignandum eſt) diffuſis prominentibus triquadra ſpecie figuratur. pachinus aſ=

pectus in poloponenſē et meridianā plagam diri=
git. pelonas aduerſam veſpero italiā videt. lilibeū
in africam extenditur. inter que peloriaſ preſtat/
laudato egregio ſoli temperamento. quod neq; hu
mido in lutum madefiat. neq; fatiſcat in puluerē
ſiccitate. ea vbi introrſum recedit/et in latitudinē
panditur/tres lacus obtinet. quorum vnus q pi=
ſciū copioſus eſt(non equidem ad miraculum du
xerim)ſed q ei proximans condenſus arbuſtis in
ter virgultorum opaca feras nutriat. et admiſſis
venantibus per terrenos tramites quibus pedeſ=
tres acceſſus excipit/duplicem piſcandi venandiq;
prebeat voluptatem. Numeratur īter eximia ter
cium. ara ſacrum approbat que in medio ſita bre=
uia diuidit a profūdiſ. qua ad eam pergitur/aqua
crurum tenus peruenit. quod vltra eſt/nec explo
rari licet/nec attigi. et ſi fiat/qui id auſus ſit/ma=
lo plectitur. quantāq; ſui partem ingurgitauerit/
tantā it perditum. ferunt quendam in hec alta q̃
poterat longiſſimā iecisse lineam. eam vt recupe=
raret/dum dimerſo brachio niſum adiuuat. cada=
uer manum factam. peloritana ora habitatur co=
lonia tauromenia quam priſci naxum vocabant.
meſſana italie regio oppoſita eſt. quod regiū adei=
ſcendi argumēto greci dictitabant. Pachino mul

ta lignorum ineſt copia. ac propterea ſemper cap
tura larga lilibitano/lilibeū oppidū decus ē ſibyl
le ſepulcro. Sicanie diu āte troiana bella ſicanuſ
rex nomen dedit aduectus cum ampliſſima hibe=
rorum manu. poſt ſiculus neptuni filius in hanc
plurimi corinthiorum/argiuorum/ilienſiū/dori
enſium/cretenſium confluxerunt. Inter quos et
dedalus fabrice artis magiſter. principem vrbiū
ſiracuſas habet. in qua etiam cum hiberno condū
tur ſerena: nullo non die ſol eſt. adde ꝙ arethu=
ſa fons in hac vrbe eſt; Eminet mōtibus ethna
et eryce vulcano ethna ſacer ē. erix veneri. ī ethne
vertice hiatus duo ſūt crātereſ nomīāti/ per quos
eructatus erumpit vapore premiſſo prius fremi=
tu. qui per eſtuanteſ cauernarum latebras longo
mugitu intra terre viſcera diu voluitur. nec ante
ſe flammarum globi attollunt ꝙ̃ interni ſtrepituſ
antecedant. mirum hoc eſt. nec illud minus: ꝙ in
illa feruētis nature peruicacia mixtas ignibus ni
ues profert. et licet vaſtis exundet incendiis api=
cis canicie perpetua: brumalē detinet faciem. ita
inuicta in vtroq; violētia eſt. nec calor frigore mi
tigatur. nec frigus calore diſſoluitur. Laudant
alios montes duos. nebroden et neptuniū. e nep=
tunio ſpecula eſt ī pelagus tuſcum et adriaticum.

nebroden damarum copia nomen dedit . nebrodē dame et hinuli gregatim peruagātur . inde nebrodes . Quidquid ſicilia gignit / ſine ſoli ſine hominis īgenio . proxima eſt iis que optima iudicātur . niſi ꝙ fetus terre centuripino croco vincit . Hic primū inuenta comedia . hinc et cauillatio inimica in ſcena ſtetit . hinc domus archimedes / qui iuxta ſiderum diſciplinam machinariuſ cōmentor fuit . hinc laiſſilla que eligere patriā maluit ꝙ̃ fateri . gētem ciclopum teſtātur vaſti ſpecus . leſtrigonū ſedes adhuc ſic vocātur . Ceres inde magiſtra ſationis fructarie . hic ibidē campus hennenſiſ in floribus ſemper . et in omni vernus die . quē propter eſt demerſum foramen quo ditem patrem ad raptus libere exeuntem fama eſt lucem hauſtum ;

Inter catynam et cyracuſas certamen eſt de illuſtrium fratrum memoria . quorum nomina diuerſe partes ſibi adoptant . Si catinenſes audiamus / anaphius fuit / et amphinomus . ſi quod malunt ſyracuſe / emantiam putabimuſ et critonem . Catynenſis tamen regio cauſā dedit facto . in quā ſe ( cum ethne incendia protuliſſent ) iuuenes duo ſublatos parentes euexerunt . inter flammaſ illeſi ignibus . horum memoriam ita poſteritas numerata eſt / vt ſepulcri locuſ nominaretur campus pi

orum. De arethuſa et alpheo verū eſt hactenus/ ꝙ conueniunt fons et amnis. fluminū miracula abunde varia ſunt. Dianam qui ad camerinā fluit ſi habitus pudice hauſerit/ nō coibūt in corpus vnum latex vineuſ et latex aque. apud ſegeſtanos helbeſus ī medio flumine ſubita ex eſtuatione ferueſcit. ac idem q̃uis dimiſſum ethna nullus frigore anteuertit; Hemoreum hic celeſtes mutāt plage. amaruſ deniq; eſt dum in aquilonem fluit. dulcis vbi ad meridiem flectitur; Quanta in aquis/ tanta nouitas in ſalinis. ſalem agregētinū ſi igni iunxeris/ diſſoluitur vſtione. cui ſi liquor aque proximauerit/crepitat veluti torreatur. purpureum ethna mittit. in pachino tranſlucidu ſiuenitur. cetera ſalinarum metalla que ſunt aut agrigentino aut centuripino proximantia funguntur cantiū miniſterio. nam illinc excuduntur ſigna ad facies hominū vel deorum; Thermitanis locis inſula eſt arundinū ferax. ea accōmodatiſſima eſt in omnem ſonū tibiarum. ſeu precentorias facias. quarum locus eſt ad puluinaria precinendi. ſiue vaſtas/que foraminum numeris ceptatorias antecedunt. ſeu puellatorias/quibus a ſono clarıore vocamen datur. ſiue gingrinaſ/que breuioreſ licet ſubtilioribus tamen modis īſonāt. aut milui

nas/que in accētus exeūt acutiſſimoſ. aut lydias/ quas et turarias dicunt. vel corinthias/vel egyp= tias/aliaſ ve a muſicis per diuerſas officiorum et nominū ſpecieſ ſeparatas. In baleſina regione fōs quietus et tranquillius/cum ſiletur. ſi inſonent ti bie/exultabundus ad cātus eleuatur. et quaſi mi= retur vocis dulcedinem/vltra margines intume= ſcit; Gelonium ſtagnū tetro odore abigit pro= ximantes. ibi et fontes duo. alter de quo ſi ſterilis ſumpſerit/fecunda fiet. alter quem ſi fecunda hau ſerit/vertitur in ſterilitatem. Stagnū petrenſium ſerpentibus noxium eſt. homini ſalutare. In la= cu agrigentino oleum ſupernatat. et hoc pingue. heret arundinū comis. de aſſiduo volutabro equa rum capillamentis legitur vnguentum medicum contra carmentarios morbos; Nec longe inde collis vulcanius in quo qui diuine rei operātur/ ligna vitea ſuper aras ſtruūt. nec ignis apponitur in hanc congeriē cum proſicias ītulerint/ ſi adeſt deus/ ſi ſacrum probatur/ ſarmenta licet viridia ſponte concipiunt. et nullo inflagrāte a litato nu= mine fit accendium. ibi epulanti alludit flamma. que flexuoſis exceſſibus vagabunda quem contige rit nō adurit. nec aliud eſt ꝙ imago nūcia perfecti rite voti. Idem ager agregentinus eructat limo

ſas ſcaturigineſ. et vt vene fontiū ſufficiunt riuis ſūminiſtrandis/ita in ſicilie parte ſolo nūq̄ deficiente eterna reiectatione terram terra euomit;

Achatem lapidem ſicilia primū dedit/in achate fluminis ripis repertū. non vilem. cum ibi tantum inueniretur. quippe inter ſcribentes eum vene naturalibus ſic notant formis/vt(cū optimus eſt)varias preferat rerum imagines. vnde anuluſ pirrhi regis qui aduerſus romanoſ bella geſſit nō ignobilis fame fuit. cuiuſ gemma achates erat. in quo nouem muſe cum inſignibus ſuis ſingule. et apollo tenenſ citharam videbantur non impreſſis figuris ſed īgenitis. nunc diuerſis locis paret. dat creta quem curalii achatē vocāt/corallio ſimilem. ſed illitum guttis auro micātibus et ſcorpionum ictibus reſiſtentem. dat india reddentem nunc nemorum/nunc animaliū facies/quem vidiſſe oculis fauet. quiq; intra os receptus ſedat ſitim. ſunt et qui vſti redolent mirre odorem. achates ſanguineis maculiſ irrubeſcit. ſed qui maxime probantur/ vitream habent perſpicuitatem. ut cyprius. nam qui ſunt facie cerea/abūdantes triuialiter negliguntur. Omnis ambitus huius īſule clauditur ſtadiorum tribus milibus; In freto ſiculo eſſe ſtie inſule viginti quinq; milibus paſſuum ab ita=

lia abſunt. itali vulcanias vocāt. nā et ipſe natura ſoli ignea per occulta commercia aut mutuantur ethne incendia aut ſūminiſtrāt. hic dicta ſedes deo ignium. numero ſunt ſeptem. Lipare/nomē rex dedit liparus. qui eam ante eolum rexit. Alterā hieram vocauerunt. ea precipue vulcano ſacrata eſt. et plurimum colle eminētiſſimo nocte ardet.

Strongyle tercia eoli domuſ vergitur ad exortus ſolis minime anguloſa. que flammiſ liquidioribus differt a ceteris. hec cauſa efficit/ꝙ ex eius fumo potiſſimū incole perſentiſcūt/quinā flatus in triduo portendant. quo factū/vt eolus rex ventorum crederetur. Ceteras didynen. eriphyſam phenicuſam. eonymon(quoniam ſimiles ſunt)dictas habemus.

Capitulū. xii. de tercio europe ſinu. in quo de fonte ſpectate diuerſitatiſ. de galactice lapide. de arione citharedo. de mirabili arcadie fōte.

Ercius europe ſinus incipit a ceraunijs montibus. deſinit in belleſpōtum. in eo apud moloſſos vbi dodonei iouis tēplū eſt/tyliarus mons eſt. circa radices nobiles centū fontibuſ vt theopompo placet. In epiro fons

eſt ſacer. frigidus vltra omnes aquas. et ſpectate diuerſitatiſ. nam ardentē ſi in eum demergas fa=cem/extinguit. ſi procul ac ſine igne admoueas/ ſuopte ingenio īflammat. dedone ythmaron ceſſa eſt delphice fiſo flumine caſtalio fonte/parnaſi ig nis celebris ; Acarnania aracynto enimet. hāc ab etholia pindus diuidit. qui acheloum parit. cū primis grecie ānibus preditū veteri claritate. nec īiuria. cum inter calculos quibus ripe eius micāt īueniatur galatictes. qui ſcrupulus ipſe ater(ſi te ratur)reddit ſuccū albū ad lactis ſaporē. feminis nutrientibus illigatuſ/fecundat vbera. ſubnexus paruulis/ largiuſculos hauſtus facit ſaliuarum. intra os receptus liqueſcit. cū ſoluitur tamen me morie bonum perimit. quē poſt nilum achelous dat. nec alius. Propter oppidum pathras cloeſſa locus nomen collium opacitate vmbroſus. et ra=diis ſolis ferme inuiſus. nec aliam ob cauſam me morabilis. In laconia ſpiraculū eſt tenaron. eſt et tenaron promontoriū aduerſum africe. in quo fanū eſt metymnei arionis quem delphine eo ad=uectum imago teſtis eſt erea ad efigiem caſus. et veri operis expreſſa. preterea tempus ſignatum. olympiade enim vndetriceſima qua in certamine ſiculo idem arion victor ſcribitur. ad ipſū geſtum

probatur. Eſt et oppidum teneron nobili vetuſtate. preterea aliquot vrbeſ ſunt. inter quas lentbre non obſcure iampridem lacedemoniorū ſedo exitu amycle ſilentio ſuo quondam peſſumdate. ſpartha inſignis tum pollucis et caſtoris templo. tum etiam othriyadis illuſtris viri titulis. therapne / vnde primū cultus diane. pbitane quā arceſilaus ſtoicus inde ortus prudentie ſue merito in lucem extulit. antia et cardamyle vbi quondā fuere thyre. nūc locus dicitur in quo anno decimo ſeptimo regni romuli ī̄ter laconas et argiuos memorabile bellum fuit. nam caygeta mons et flumen eurotas notiora ſūt ꝙ̄ vt ſtilo egeant. Inachus achaie amniſ argolicum ſecat tractum. quem rex inachuſ a ſe nominauit. qui exordiū argiue nobilitati primū dedit. Epydauro decus eſt eſculapii ſacellū. cui incubantes / egritudinū remedia capeſſūt monitis ſomniorum. Pallanteum arcadie oppidū. quod palatio noſtro per enendrū arcadem appellationem dederit ſat eſt admonere. In qua montes ſillene et licheos menaluſ etiam dii alūnis ī̄cla ruerunt. inter quos necherimātus in obſcuro eſt. flumen erimanthus erimantho monte demiſſus ē. et lanodille herculiſ pugne hic plane clara fuit.

Varro perhibet fontem in arcadia eſſe / cuius

interimat hauſtus . in eadem parte de auibus hoc ſolū eſt non indignū relatu / ꝙ cum aliis locis merula fulua ſit / circa cillenen cādidiſſima eſt . Nec lapidē ſpreuerimus quem arcadia mittit . aſbeſco nomen eſt . ferri colore . qui accenſus ſemel / extingui nequit . In megarenſiū ſinum iſchinos exit . ludis quinquennalibus et delubro neptuni inclytus . quos ludos ea propter inſtitutoſ ferunt / ꝙ ſinibuſ quinqꝫ peloponenſiora alluūtur . a ſeptētrione / ionio . ab occidēte / ſiculo . a brumali occidēte / egeo . a ſolticiali oriēte / myrtoo . a meridie cretico . hoc ſpectaculum per cyſelum tyrannū intermiſſū corinthi olympiade quadrageſima nona ſolennitati priſtine reddiderunt ;

Capitulū . xiii . de peloponenſi inſula . de athenis . de acticis mōtibuſ . de ariopago . de boetia . de fontibus in ea diuerſis . de perdicibus ;

Eterum peloponneſum a pelope regnatam nomen indicio eſt . ea vt platani folium receſſibus et prominentiis figurata diuortium facit . inter ioniū et egeum mare quattuor nō amplius milibus diſciſcens vtrūqꝫ litus . excurſu tenui quem iſthmon dicūt ob anguſtias ;

Hinc hellas incipit quā proprie veram habēt greciam. que nunc attice acte prius dicta. ibi athene cui vrbi ſaxa ſchironia propinqua ſunt. porrecta ſex milibus paſſuum ob honorē vltoris theſei. et memoriā nobilis pene ſic nominata. ex iſtis rupibus mioſe cum palemone filio in profūdo precipitem iacula auxit maris numina; Nec acticos mōtes partim tacebimus. eſt icarus. eſt et brieſus. eſt lycatectus et egriallus. ſed hymecio iure tribuitur prīcipatus. ꝙ apprime florulentus eximio mellis ſapore et externos omnes et ſuos vincit. Callirhoen ſtupent fontem. nec ideo croneſū fontem alterum nulle rei numerant; Atheniensibus iudicii locus/areopagos. marathon campus. factus memorabiliſ opinione cruētiſſimi prelii. multe quidem inſule obiacent attice continēti. ſed ſuburbane ferme ſunt ſalamis. ſuniū. choos. que(vt varro teſtis eſt)ſubtilioriſ veſtis amicula/arte lanifica prima in ornatum feminarū dedit;

Boetia thebis enitet. Thebas condidit amphion. non ꝙ lira ſaxa duxerit (neq; enim par eſt ita geſtū videri) ſed ꝙ affatus ſuauitate homines rupium incolas et īcultiſ moribuſ rudes et obſequii ciuilis pellexerit diſciplinam. vrbs iſta numibus apud ſe ortis gloriatur. vt perhibēt qui ſacris car

minibus herculē et liberū celebrant apud thebas.
iiſdem thebis helycon lucus eſt. citheron ſaltus.
ānis iſmenuſ. fōteſ/arethuſa. cedypodia. pſarmar
the. dirce. ſed ante alios aganippe. et yopocrene.
quos cadmus litterarū primus repertor/ quoniā
equeſtri exploratioē primus repperit. dum rima
tur quenam adiiſſet loca. incenſa eſt licentia poe=
tarum. vt vtrumq̧ pariter vulgarēt. ſcilicet q̧ eo=
rum alter alitis equi vngula ſollicitatus foret. al
ter potus facundia animas irrigaret. Euboea īſu
la laterum obiectu efficit aulidis portum. ſeculis
traditū grece cōiurationis memoria. Boeotii idē
ſunt qui leleges fuerunt. per quos defluenſ cephi
ſos amnis ſe in maria cōdit. in hac cōtinentia opū
cius ſinuſ lariſſa oppidum. delphiramne quoq̧ in
qua amphiarai fanū. et fidiace ſignū diane. Var
ro opinatur duo ī boetia eſſe flumina natura licet
ſepari. miraculo tamen non diſcrepante. quorum
alterum ſi ouile pecus debibat/ pullum fieri colo
ris quod induerit. alterius hauſtu quecumq̧ velle
rum fuſca ſint/ in candidum verti. addidit etiam
videri ibi puteum peſtilentem. cuiuſ liquor mors
eſt; Perdices ſane cū vbiq̧ libere ſint (vt aues
vniuerſe) in boetia non ſūt. nec cū volāt ſui iuris
ſed in ipſo aere quas tranſire non audeant metas

habent. inde vltra notatos iam terminoſ nūq̄ exe unt. nec in atticum ſolum tranſmeant. hoc boetiis propriū. nam que cōmunia ſunt omnibus gene=ratim perſequemur. Cōcinnātur a perdicibus nidi munitiōe ſolerti. ſpineis enim fruticibus ac ſurculis receptus ſuos veſtiunt. vt animalia que infe ſtant/arceantur aſperis ſurculorum obuiis. ſtra=gulum puluis eſt. ad que clanculo reuertūtur. ne indicium loci conuerſatio frequens faciat. plerūq; femine tranſuehunt partus / vt mares fallant / qui eos ſepiſſime affligunt impatientius adulan=tes. dimicatur circa conubium. victoſq; credūt fe=minarum vice venerem ſuſtinere. ipſas libido ſic agitat/ vt ſi ventus a maſculis flauerit/fiant pre=gnantes odore. tunc (ſiquis hominū vbi incubāt/ propinquabit) egreſſe matres venientibus ſeſe ſpō te offerunt. et ſimulata debilitate vel pedum vel alarum (quaſi ſtatim capi poſſint) greſſus fingunt tardiores. mendatio ſollicitant obuios et eludunt. quoad profecti longius/a nidis euocentur. nec in pullis ſtudium ſegnius ad cauendum. cum viſos ſe perſentiſcūt/ reſupinati glebulas pedibus attollunt. quarum obtentu tam callide protegūtur/vt lateant etiam deprehenſi;

Capitulũ.xiiii.de theſſalia ac macedonia. de oliꝑpo monte.de alexandro magno. de lapide peante;

Heſſalia eadem eſt et hemonia quã home rus argos pelaſgi cognominant. vbi ge= nitus eſt hellen. a quo rege hellenes no= minatı.huius a tergo pieria ad macedoniã proten ditur.que deuicta ſub macedonũ venit iugũ. mul ta ibi oppida. multa flumina de oppidis egregia ſunt.theſſalia et thebae. de amnibus peneus. qui propter oſſam olympumq; decurrẽs collibus dex tra leuaq; molliter curuis nemoroſis conuallibus theſſalica facit tempe. vndiq; apertior macedoniã ac magneſiam interluens in thermeum ſinũ deci= dit. Theſſalie ſunt pharſalici campi.in quibus ci uilium bellorum detonuerũt procelle. Ac(ne in montes ignotos eamus)pyndũ et othrym agitẽt/ qui laphitarum originem perſequũtur. Oſſam quos centaurorum ſtabulis immorari iuuat.peli on autẽ nuptiale conuiuiũ tetidis atq; pelei in tan tum noticie obtulit/vt taceri de eo magis mirum ſit; Nam olympum ab homero non per auda ciam celebratum docent que in eo viſitantur.pri= mũ excellẽti vertice tãtus attollitur/vt ſũma eius celũ accole vocent.ara eſt in cacumine ioui dicata.

cuius altaribus ſi qua de extis inferantur/nec dif flantur ventoſis ſpiritibus. nec pluuiiſ diluūtur. ſed voluente anno cuiuſmodi relicta fuerint eiuſ= modi reperiuntur. et ōnibus tempeſtatibus a cor ruptelíſ aurarum vendicatur/quidquid ibi ſemel eſt deo cōſecratū. littere in cinere ſcripte aduſqꝫ al terā āni ceremoniā permanēt. In regione mag= neſia mothona oppidum eſt. quod cum obſideret philippus macedonis magni pater/damnatus eſt oculo iactu ſagitte/ quam iecerat aſter oppidanus inſcriptam ſuo nomine/ loco vulneris quem pete bat. populum iſtum callere arte ſagittaria credere poſſumus/vel de philoteta. quoniam melibea in hoc pede computatur; Sed( ne trāſeamus pre ſidium poetarum)fonſ libethriuſ et ipſe magneſie eſt; Qui edomi olim populi/queqꝫ mygdonia erat terra/aut pierium ſolum/aut emathiū/nunc ōne vniformi vocabulo macedonica res eſt. et par titiones que ſpecialiter antea ſeiūgebantur/mace donū nomini contribute/facte ſunt corpus vnū. igitur macedoniam precingit tracius limes. meri diana theſſalie epyrote tenēt. a veſperali plaga dar dani ſunt et illirii qua ſeptemtrionē tenditur. pe= onia ac paflagonia protegitur atriballis mōtanis excesſibus aquilonio frigori obiecta. īter ipſam et

thraciam ſtrimon amnis facit terminū. qui abhe-
mi iugis irrigat. verū (vt ſileam aut rodopen mig
donū montem / aut athon claſſibus perſicis naui-
gatum continentiq; abſciſum mille quingentorū
paſſuū longitudine. ſimul de auri venis et argēti
que opime in agris macedonum et plurime eruū
tur) oreſtidē dicam. populi ſunt qui vt oreſteſtide
dicerentur inde ceptū. Amicenis profugus ma-
tricida cum abſceſſus longius deſtinaſſet / natum
ſibi ī hemachia paruulū de herimona quā in ōneſ
caſus ſociam abſciuerat / hic mandauerat occulen-
dū. adoleuit puer in ſpiritū regii ſanguinis nomē
patris ſui referens. occupatoq; quidquid eſt quod
procedit in macedonicū ſinū et adriaticū ſalū / ter
ram cui īperitauerat oreſtidē dixit. admonet phle
gra. vbi (anteq̄ oppidum fieret) rumor eſt miliciā
mundi dimicatam cum gigātibus. vt penitus per
ſequamur quantis probationibuſ ibidem imperii
indicia diuine expeditionis in hoc ſeculo perſeue-
rauerint. illic ſiquando vt accidit nimbis torrētes
excitantur. et aucta aquarum pondera ruptis obi
cibus valentiuſ ſe in campos ruunt. eluuione oſſa
etiam nunc ferunt detegi inſtar que ſunt a corpo-
ribus humanis. ſed modo grandiori. que ob enor
mem magnitudinē monſtruoſi excercitus iactitāt

extitiſſe. idq; adiuuatur argumento ſaxorū immanium/ quibus oppugnatum celum crediderunt. Pergam ad reſidua que in theſſaliam et hemoniā contēdunt. ſunt enim arrectiora ꝙ vſq; proceritas mōtana attolli valet. nec eſt in terriſ ōnibus quod merito ad iſtas eminēciaſ cōparetur. quippe quas ſolas diluuialis irruptio (cū vniuerſa obduceret) humido ſitu inacceſſas reliquit. durāt veſtigia nō languide fidei quibus apparet hos locos ſuperſtites vndoſe tempeſtati fuiſſe. nam in latebroſis rupiū cauaminibus que fluctuū confligiis tūc adeſa ſunt/ reduuie conchiliorum reſederūt. et alia multa que affatim mari incito expuūtur. ita vt ſint licet facie meditarenea/ appareant tamen facie litorali; Nunc de incolis reddam; Emathius qui primus in emathia accepit principatum (ſeu quia īdago originiſ eius euo diſperiit. ſeu quia ita res eſt) gemimus terre haberetur. Poſt hunc in macedoniiſ exortum emathie nomen perſtitit. ſed macedo deucalioīs matermus nepos. qui ſolus cū domuſ ſue falia morti publice ſuperfuerat/ vertit vocamen. macedoniamq; a ſe dixit. Macedonem caranus īſequitur dux peloponēſie multitudinis. qui iuxta reſponſum dictum de eo vbi caprarium pecus recediſſe aduerterat/ vrbem condidit quam

dixit aegas . in qua ſepeliri reges mos erat . Nec alter excellentium virorum buſtis apud macedo= nas priſcos dabatur locus . Succedit carano per dica ſecūda et viceſima olympiade . primus in ma cedonia rex nominatus . cui alexander amynte fili us diues habitus . nec immerito . ita enim affluen ter ſucceſſus eius ampliandis opibuſ proficiebāt . et ante omnes apollini delphos / ioui / eliden ſtatu as aureas dono miſerit . voluptati auriū indulgen tiſſime deditus . ſic vt plurimos qui fidibus ſcie= bant / dum vixit in vſum oblectamēti donis tenuit liberalibus . Inter quos et pyndarum lyricum . Ab hoc archelaus regnū excepit . prudens rei bel lice . naualiū etiam commentor preliorū . hic ache laus in tantum litterarū mire amator fuit / vt eu= rupidi tragico conſiliorum ſummam cōcrederet . cuius ſuprema non cōtemptus proſequi ſumptu funeris / crines tonſus eſt . et merorem quem ani= mo conceperat vultu publicauit . idem archelaus pythias et olimpicas palmas quadrigis adeptus greco potius animo ꝙ regali gloriam illam pre ſe tulit . Poſt archelaum macedonica reſ diſſenſione iactata ī amynte regno ſtetit . cui tres liberi . Sed alexander patri ſuccedit . quo exempto perdice pri mo data copia āpliſſime poteſtatis adipiſcēde . qui

obiens hereditarū regnū fratri philippo reliquit. quem captum oculo dextro apud mothonā ſupra diximus. cuiuſq; debilitatis omen preceſſerat. nā cum nuptias ageret/acciti tibicines carmen ciclo=pū quaſi de colludio cōcinniſſe tradūtur; Hic philippus alexandrum magnū procreat. quālibet olympias alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectauerit. cum ſe coitu draconis cōſa tam affirmaret. ita ſane et ipſe egit vt deo genituſ crederetur. peragrauit orbem/rectoribus ariſto=tele et caliſtene vſus. ſubegit aſiam/armeniam/hiberiam/albaniam/capadociam/ſyriā/egyptū/taurum/cancaſumq; tranſgreſſus eſt. bactros do=muit. medis et perſis imperauit. cepit indiā: emē ſus omnia que liber et herculeſ acceſſerant. forma ſupra hominem anguſtiore. ceruice celſa. letiſ ocu lis et illuſtribus. malis ad gratiam rubeſcētibus. reliquis lineamentis corporis non ſine maieſtate quadā decorus. victor omniū. vino et ira victus. ſic vt morbo vinolentie apud babilonem humilio re quam uixerat fortuna exemptus ē. poſt quem qui fuerūt magis ad ſegetem romane glorie q̄ ad hereditatem tanti nominis ortos inuenimus;

Macedonia lapidem gignit/quem peātem vo=cant. hūc eundē et cōcipientibus et parturiētibus

opitulari fama prodiga eſt. circa tireſie ſepulcrū plurimus inuenitur;

Capitulū. xv. de thracia ac tracū moribus. de ſichonia gente. de pigmeorum origine. de gruibuſ. de irūdinibus. de antandro ſaxo ac citharea īſula;

Vnc in thracie locos pergere! et ad validiſſimas europe gentes vela obuertere / quas qui ſedulo experiri velit! non difficulter deprehendet! thracibus barbaris ineſſe contemptum vite / ex quadam naturalis ſapientie diſciplina. concordāt omnes ad interitū volūtariū. dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reuerti. alii non extingui / ſed beatas magis fieri. apud plurimos luctuoſa ſunt puerperia. deniq̧ recens natum fletu parenſ excipit. contrauerſū leta ſunt funera. adeo vt exemptos gaudiis proſequātur. voxorum numero ſe viri iactant. et honoris loco vindicant multiplex matrimoniū. que femine tenaces ſunt pudicicie! inſiliunt defunctorum rogos coniugum. et(quod maxime inſigne ducūt caſtitatis)precipi tes in flammas eūt. nupture nō parentum arbitrio tranſeunt ad maritos. ſed que pre aliis ſpecie valent. ſubhaſtari volunt. et licētia

taxationis admiſſa / non moribus nubunt ſed pre miis. quas forme premit dedecus / dotibus emūt quibus coniūgantur. uterqꝫ ſexus epulantes focos ambiunt herbarum quas habent ſemine igni ſuperiacto. cuius nidore perculſi pro leticia habent imitari ebrietatem ſenſibus ſauciatis. De ritu iſta ſunt. de locis et populis que ſequūtur. Strimonem accolunt dextero latere dēſelete. beſſorum quoqꝫ multa nomina aduſqꝫ meſtū amnem qui radices pangei circumfluit. hebrum odriſiatarū ſolū fundit. qui fluuius excurrit inter priantas. dolōgos. thynos. corpiloſ alioſqꝫ barbaros. tangit et cyonas. deīde hemus ſex milibus paſſuum arduus. cuius aduerſa moeſia. gete. ſarmathe. cythe et plurime incidunt nationes; Ponticum litus ſichonia gens obtinet. que nato ibi orpheo vate decus addidit nomini inter principeſ iudicatur. quē ſiue ſacrorum ſiue cantuum ſecreta ī ſpargine agitaſſe tradunt. deinde ſtagnū biſtoniū. nec longe regio moronia. in qua thirida oppidum fuit / equorum diomediſ ſtabulum. ſed ceſſit euo. ſolūqꝫ turriſ veſtigium adhuc durat. Inde non procul vrbs abdera. quā diomedis ſoror et condidit et a ſe ſic vocauit. Mox democriti domus phiſici / ac (ſi verum rimere) ideo nobilior. hanc abderam olympiade

prima et tricesima ſenio collapſā. Clazomenii ex
aſia ad maiorem faciem reſtitutā/ oblitteratis que
preceſſerāt nomini ſuo vendicauerunt. Et locum
doriſcon illuſtrem reddidit xerſiſ aduentus. q ibi
recoluit militis ſui numerum. polidori tumulū
oſtendit hemus. in parte quam arotetes ſithe cele
brant. quorum vrbem gerauniam cathizon vocāt
barbari. vnde a gruibus pigmeos ferunt pulſos. Mira de gruib[us]
Manifeſtum ſane eſt in ſeptemtrionalē plagā hye
me grues frequentiſſimas cōuolare. nec piguerit
meminiſſe/ quatenus expeditiones ſuas dirigant.
ſub quodam milicie eunt ſigno. et(ne pergētibus
ad deſtinata vis flatuum renitatur) arenas deuo=
rant. ſublatiſq; lapillulis ad moderatā grauitatem
ſaburantur. tunc contendūt in altiſſima. vt de ex=
celſiori ſpecula emetentur quas petant terras. fi=
dens meatu/ preit cateruas. volatus deſidiam caſ=
tigat. voceq; cogit agmen. ea vbi obraucata eſt/ ſuc
cedit altera. pontum tranſiture anguſtias captāt.
et quidem eas. nam promptū eſt oculis deprehen
dere que inter tauricam ſunt et paphlagoniam. id
eſt inter carābim et triummetopon. cum tranſme
dium alueum aduentaſſe ſe ſciunt/ ſcrupulorum
ſarcina pedes liberant. ita naute prodiderunt com
pluti ſepe ex illo caſu imbre ſaxatili. arenaſ nō pri

us reuomunt q̄ꝓ ſecure ſedis ſue fuerint. concors cura omnium pro fatigatis. adeo vt ſi que defece rit/congruāt vniuerſe. laſſataſq; ſuſtollūt. vſq; dū vires ocio recuperētur. nec in terra cura ſegnior. excubias nocte diuidunt. vt exſomnis ſit decima. queq; vigiles pōduſcula digitis amplectūtur. que (ſi ſorte exciderint)coarguant ſomnū. et quod ca uendum erit/clangore indicant. etatē in illis pro dit color. nigreſcunt ſenectute. Venianus ad pro montoriū ceraſcriſeon bizantio oppido nobile an tea ligus dictum. quod a dirrhachio abeſt ūdecim milibus paſſuū. tantum enim patet inter adriati cum mare et propontidem. ; In canenſi regi= one non longe flauiopolim coloniam bizie oppi= dum quondam areatherei regis inuiſum. et irun dinibus etiam deinceps alitibus illis inacceſſum. q̄ꝓq̄ꝓ et thebas(ꝓ illa menia cepius capta ſint)negē tur ſubire. nam īter cetera habere illas quiddam preſciū inde noſcitur / ꝓ lapſura non petunt cul mina. et aſpernantur peritura/quoquomodo tec= ta. minime certe a diris auibus īpetūtur. nec ūq̄ꝓ preda ſunt. vt ſacre ciboſ non ſumunt reſidenteſ. ſed in aere rapiūt eſcas/et hauriunt. Alter iſchi nos in thracia eſt ſimilibus anguſtiis et pari lati= tudine/arcti maris. cuius litora vrbes vtriuſq; ſe

cus oſtentant propontidis oram . inſignis cardia
que(ꝙ in cordis faciem ſita ſit) dicta cardia ſit. ille
autem magnus helleſpōtus ſtrīgitur in ſtadia ſep
tem. quibus ab europa aſiaticam plagā vindicat .
Hic quoqꝫ vrbes due. abidos aſie eſt. et ſeſcos eu=
rope. deinde contraria inter ſe promontoria maſ=
tuſia cherſoneſſi . vbi finitur europe ſinuſ terciuſ.
ſigeum aſie in quo tumuluſ eſt cynoſſema dictus .
hecube ſepulcrū . et turris proteſilai delubro da=
ta. finibus thracie a ſeptētrione hiſter oſtenditur.
ab oriente pontus ac propontis. a meridie egeum
mare ; Inter tenedum et chium qua egeus ſi=
nus panditur ab dextera antardrum nauigātibus
ſaxum eſt. hoc enim verius ꝙ̄ īſula meruit cogno
minari id. quoniam viſētibus procul capre ſimile
creditur. quam greci egan nūcupant. egeus ab eo
ſinus dictus eſt. a phalario corcyre promontorio.
ad nauis efigiem ſcopulus eminet. in quem tranſ
figuratam vlixis nauem crediderunt ; Cithere
que a malea abeſt quinqꝫ milibus paſſuū porphi=
ris antea nomen fuit ;

Capitulū. xvi. de creta. de macharomeſſō ciui=
tate. de herba abinos. de phalangione animali.
de iſula que cariſtoſ dicitur. de cariſtiiſ auibuſ.

de carbaſo. de cicladiſ. de diluuio. de ortigia īſula. in qua de conturnicibus. de euboya ſiue nigroponte. de inſula que paros dicitur. in ea de lapide ſayda. de inſula que ycaros dicitur;

Ronius eſt cretā dicere q̄ abſoluere / in quo mari iaceat. ita enī circunfluit illius nomina greci permiſcuerunt / vt dū aliis alia inferunt / pene oblimauerint vniuerſa. quātā poſſumus tamen in deſignādo operā locabimus. ne quid inhereat ſub ancipiti. Inter ortum porrigitur et occaſum tractu longiſſimo. hinc grecia. illinc cirenis. obiacentibus a ſeptemtrione egeis. et ſuis eſtibus verberatur. id eſt creticis. et ab auſtro libicis vndis perfunditur et egiptiis. cōſtipata centum vrbibus. ſicuti perhibent qui prodige lingue largiti ſunt. ſed magnis et ambicioſis oppidis. quorum principatus eſt peneſ cortinam ſydoneam. noſon. therapnas. cyliſſō. doſiades eā a crete nympha heſperidis filia. anaximander a crete rege curetum. creteam priuſ dictam. mox curetē;

Nonnulli etiam a temperie celi macarōneſſon appellatam prodiderūt. prima potuit remis et ſagittis. prima litteris iura fixit. pyrrico repertore equeſtres turmas prima docuit. laſciuas vertigi=

nes implicare . ex qua diſciplinã bellice rei ratio cõ
ualuit et vſus datus . ſtudium muſicum inde cep=
tùm . cum idei dactili modulos crepitu ac tinnitu
aeris deprehenſoſ in verſificum ordinem tranſtu
liſſent . albet iugis montiũ dictumei et cadiſti . qui
ita candeſcunt ! vt eminus nauigantes magis pu=
tent nubila . preter ceteroſ ida eſt qui ante ſolis or
tus ſolẽ videt . varro in opere quod de litoralibus
eſt / etiam ſuis temporibus affirmat ſepulcrũ io=
uis ibi viſitatum . Cretes religioſiſſime veneran=
tur dianam britomartem gentiliter nominantes .
quod ſermone noſtro ſonat virginem dulcem . edẽ
numinis preter q̃ nudus veſtigia nullus licito in
greditur . ea edes oſtentat manus dedali . Gorty=
nam amnis lẽneuſ preterfluit . quo europã tauri /
dorſo cortynii ferunt vectitatam . idem cortynii et
adhymnũ colunt europe fratrem . ita enim memo
rant . videtur hic et occurrit . ſed die iam aduespe=
rato anguſtiore ſe facie viſendũ offerens . Gnoſii
mineruam ciuem deam memorãt . primũq; apud
ſe fruges ſatas audacter cum atticis contenduut .
Ager creticuſ ſilueſtrium caprarum copioſuſ eſt .
ceruo eget . lupos / vulpes aliaq; quadrupedũ no=
xia nũq̃ educat . ſerpens nulla . larga vitis . mira
ſoli indulgentia . arborarii prouentus abũdenteſ .

nam in huius inſule tantū parte repullant ceſe cu
preſſi ; Herba alimoſ dicitur. ea admorſa diur
nam famē prohibet. proinde et hec cretica eſt ;

Phalangio aranee genus eſt. ſi niſum queras/
nulla vi corporis. ſi poteſtatem/ ictum hominem
veneno interficit. Lapis quoqꝫ ydeus dactilus di
citur inſule iſti familiaris. coloriſ ferrei. humano
pollici ſimilis. Auem noctuam creta non habet.
et ſi inuehatur/ emoritur ; Cariſtos aquas calē
tes habet. tellopyas vocāt. Et cariſtias aues que
flammas impune inuolant. Carbaſa etiam que
inter ignes valēt. Calchis eadem habita eſt apud
priſcos. vt callidenius autor eſt. ere ibi primū re=
perto. titanaſ in ea antiquiſſime regnaſſe oſtendūt
ritus religionum. briareo enim rem diuinam ca=
riſti faciunt. ſicut egeoni cachidienſes. nam omniſ
ferme euboa titanum fuit regnum. Cicladas au=
tumant inde dictas/ ꝙ licet ſpatiis logioribus a de
lo proiecte/ in orbem tamen circa delum ſite ſūt.
et orbē ciclon greci loquūtur. Chyos homeri tu
mulo ceteras antecedit. Meminiſſe hoc loco par
eſt/ ꝙ poſt primū diluuiū ogygi temporis notatū
(cum nouem et ampliuſ menſibuſ diem continua
nox inumbraſſet) delon ante omnes terras radiis
ſolis illuminatam. ſortitamqꝫ ex eo nomen. ꝙ red

dita prima foret viſibus. inter ogygū ſane et deu=
calionem medium euum ſexcentis annis datur ;

Eadem eſt ortigia que clariſſima in cicladū iſu
larum numero multifarie traditur. nūc auſterea
a cultu apollinis / nunc a venatibus lagya vel cy=
netho dicitur : pirpile etiam. quoniam exiguitabu
la ibi et ignis inuenta ſunt ; In hac primū viſe
coturnices aues. quas ortygias greci vocant. has
eaſdem in latone tutela eſtimant conſtitutas. nec
ſemper apparent. adueniendi habent tempora. eſ
tate depulſa (cum maria tranāt) impetus diffrūt.
et metu ſpatii longioris vires ſuas nutriunt tardi
tate. vbi terram perſentiſcunt / coeūt cateruatim.
deinde conglobate vehementius properāt. que feſ
tinatio plerūq; exicium portat nauigantibus. ac
cidit enim noctibus / vt vela incidant. et preponde
ratis finibus alueoſ vergant. auſtro nūq̄ exeunt.
nam metuunt vim flatus tumidioris. plurimū ſe
aquilionibuſ credunt. vt corpora pinguiſcula atq;
eo tarda facilius prouehat ſiccior et vehementior
ſpiritus. ortygometra dicitur que gregem ducti=
tat. eam terre proximantem ancipiter ſpeculatus
rapit. ac propterea opera eſt vniuerſis / vt ſollici=
tent ducem generis externi. per quem fruſtrētur
prima diſcrimina. cibos gratiſſimos habent ſemi=

na venenorum. quam ob cauſam eas damnauere prudentium menſe. ſolum hoc animal preter hominem morbum patitur comicialem; Euboya tam modico eſtu diuidua eſt a boetie continēte: vt dubitandum ſit / an numerari inter īſulaſ debeat. nam late quam vocant terre ponte iūgitur. et per fabricam breuiſſime machine aditur pede cheneo promontorio vadit in ſeptemtrionē. duobus alis in meridie extenditur. quorum gereſtoſ ſpectat atticam. chaphereuſ prominet in helleſpontum. vbi poſt ilii excidiū argiuam claſſem vel minerue ira vel (quod certior prodit meōria) ſidus arcturi grauibus affecit caſibus; Marmore paroſ nobilis ab delo oppido frequētiſſima. prius tamē minoia q̃ paros dicta. nam ſubacta a minoe (quoad in creticis manſit legibus) minoiam loquebātur. preter marmor dat et ſardā lapidem qui marmore quidem preſtat. inter gemmas vero viliſſimus dicitur. naxon a delo duodeuigīti milia paſſuum ſeparant. ī qua ſtrongyle oppidū. ſed naxos dioniſias q̃ naxos prius dicta. vel q hoſpita libero patri / vel q fertilitate vitiū vincat ceteraſ. ſunt preterea ſiclades plurime. ſed in ſupradictiſ precipuum eſt quod memorie debeatur; De aſporadibus eſt icaros. que icario mari nomen dedit. hec inter ſa-

mū et myconum procurrentibus ſaxis inhoſpita ac nullis finibus portuoſa / ob īhumana litorum infamis eſt . vult ergo varro ycarum cretetenſem ibi interiſſe naufragio. et de exitu hominis impoſitum nomen loco. nam in ſamo nichil nobiliuſ q̃ pythagoras ciuis / qui mox offenſus faſtu tyranni co relicta domo patria bruto conſule qui reges vrbe exegit italiam aduectus eſt . Melos quam calimachus memallidā dixit / omnium inſularum rotūdiſſima eſt iuxta eoliā . Nam tarpathus a qua tarphatium ſinum dicimus . nunq̃ ita celum nubilum eſt / ut in ſole rhodoſ non fit. Lemnii vulcanū colunt. ideo in lemno metropoliſ epheſtia. Preterea oppidum mirrhina . in cuiuſ forum mons athos e macedoniam vmbram iacit. quod non fruſtra inter miracula notauerūt . cum athos a lemno ſex et octoginta milibus paſſuum ſeparetur . et ſane athos ſublimis adeo / vt altior eſtimetur q̃ ūde imbres cadunt . que opinio in eo fidem concepit / q̃ in aris quaſ in cacumine ſuſtinet nunq̃ cineres eluūtur. nec quicq̃ ex aggeribus ſuis perdūt . ſed in quo relicti cumulo / permanent . in ſummo eo oppidum acroton fuit . in quo dimidio longior q̃ in aliis terris incolentium etas propagatur . ideo inde homines macrobios greci / noſtri appellauer-

re longeuos ;

Capitulū.xvii.de quarto europe ſinu , in quo helleſpontus prepontis et boſoros. dę delphinis mirabilia.de tynnis ;

Vartus europe ſinus helleſpōto īcipit. meotis hoſtio terminatur.atq; ōnis hec latitudo que europam aſiamq; diuidit ī ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur.hic eſt helleſpontus quē xerſes ponte nauibus facto permeauit.tenuis deinde euripus porrigitur ad aſie vrbem priapū.qua magnus alexander potiundi orbis amore tranſcendit et potituſ eſt.inde diffuſuſ equore patentiſſimo/rurſus ſtringitur in propōtidem.mox in quingentos paſſus coartatur. fitq; boſoros tracius . qua darius copias tranſportauit ; Hec profūda delphinos plurimos habēt. in quibus cauſe miraculi multiformes.ante ōnia nichil velocius habent maria.ſic vt plerūq; ſalientes tranſuolant vela nauium. quo coeant cōiuges euagantur.catulos edunt.decimus menſis maturum facit partū.lucinam eſtiuus dies ſoluit.vberibus fetus alunt.teneros in faucibus receptant. inualidos aliquātiſper proſequūtur. in triceſimū annū viuunt.quod exploratum eſt/in experimen

tum caudis amputatis. ora non quo cetere belue
loco habent. ſed ferme in ventribus. contra natu=
ram aquatilium ſoli linguas ſuas mouēt. aculeate
ſunt pinne dorſuales. cum ira ſubiacet! inhorreſ=
cunt. cum animi conquieuerint! quibuſdā recep=
taculis operiūtur. ſpirare eos in aquis negant. et
vitales auras nō niſi in aere ſupero reſpirare. pro
voce gemitus eſt / ſimiliſ humano. certum habent
vocabulum quo accepto vocantes ſequūtur. nam
proprie ſimones nominātur. voces hominū aqui
lonis flatu celerius hauriunt. contra auſtro ſpirā
te auditus obſtruūtur. mulcētur a muſica. gaudēt
cantibus tibiarum. vbicunq; ſymphonia eſt gregi
bus aduentant ; Diuo auguſto principe in cā=
pania delphinum puer fragmentiſ paniſ primo il
lexit. et intantum conſuetudo valuit! vt alendum
ſe etiam manui ipſius crederet. mox cum proflu=
xiſſet puerilis audacia intra ſpatia eum lucrini la=
cus vectitauit. vnde effectum! vt a baiano litore
equitātem puerum puteolos vſq; veheret. hoc per
annos plurimoſ tamdiu geſtū! donec aſſiduo ſpec
tabulo deſineret miraculum eſſe quod gerebatur.
ſed vbi obiit puer ſub oculiſ publiciſ deſiderii eiuſ
merore delphinus interiit. pigeret hoc aſſeuerare
ni mecenatiſ et fabiani multorumq; preterea eſſet

litteris comprehenſum ; In africano mox li=
tore apud hyſponem dyaphitum delphinus ab hi
ſponienſibus paſtus eſt. tractandumq; ſe prebuit.
impoſitos quoq; frequenter geſtitauit. nec populi
tantum manibus acta res eſt. nam etiam procon=
ſul africe flauianus ipſe eum contigit. vnguentis
etiam delibuit. qui odoris nouitate obſopitus ali
quantiſper pro exanimi iactitatus eſt multiſq; mē
ſibus deſciuit a ſolita cōuerſatione. Apud iaſum
vrbem babilonem puerum delphinus adamauit.
quem dum poſt aſſueta colludia recedentē impati
entius ſequitur/arenis inuentus heſit. alexander
magnus amorem illum numinis fuiſſe interpre=
tatus/prefecit puerū neptuni ſacerdotio ; Iux
ta eandem vrbem(vt hegeſidemus autor eſt) aliū
puerum hermiam nomine per maria ſimiliter īſi
dentem(cum vndoſior fluctus necauiſſet)delphin
ad terram reuexit. et velut fateretur reatum/pe=
nitenciā ſuā morte mulctauit. nec reuerti voluit ā
plius ī profūda. Suppetūt et alia eexēpla/ vt ari=
onem tranſeamus. cuius exitum annaliū compro
bauit fides. Adhoc(ſi quando laſciuiunt noui fe
tus) e maioribus datur adulto gregi cuſtos. quo
magiſtro diſcant eludere impetus incurſantiū be
luarum. q̄q̄ ibi preter phocas rara bellua eſt. plu

rimus thynnus eſt in ponto. nec alibi pene fetifi=
cant. nuſq̄ enī citius adoleſcunt ſcilicet ob aquas
dulciores. ingrediuntur veris tempore dextero li
tore. leuo exeunt. hoc inde accidere credūt / q̄ dex
teris oculis acutius cernant q̄ ſiniſtris ;

Capitulum. xviii. de hiſtro fluuio. in quo de
caſtore. de hiſpane amne ;

h Iſter germanicis iugis oritur / effuſus
monte qui ranracos gallie aſpectat. qua
dragīta amneſ in ſe recipit. ferme ōneſ
nauigabiles. ſeptem hoſtiis pontum influit. quo=
rum primū peuce / ſecūdum narocuſtoma / terciū
calueſtonia / quartum ſpendoſtomū / quintum bo
rioſtoma / ac deinde ſextum ſpilonſtoma / langui=
diora ſunt ceteris. ſeptimū vero pigrū ac paluſtri
ſpecie nō habet quod amni cōparetur. priora quat
tuor ita magna ſūt / vt per lōgitudinē quadragīta
miliū paſſuū non miſceantur equori. dulceq̄ hau
ſtum incorrupto detineāt ſapore ; Per vniuer
ſū pontū fiber plurimus / quem alio vocabulo di=
cunt caſtorem. lytri ſimilis eſt. animal morſu po=
tentiſſimū. adeo vt cum hominē inuaſerit / conuē=
tum dentium non prius laxet q̄ concrepuiſſe per

ſenſerit fracta oſſa. teſticuli eius appetũtur in vſũ medelarum. idcirco (cum vrgeri ſe intelligit) (ne captus proſit) ipſe gemiõs ſuos deuorat ; Mittit pontus et gemmas / quas a patria ponticas dicimus / genere diuerſo. alie aureas / alie ſãguineas habent ſtellas. et he quidem ĩter ſacras habẽtur. nã que oſtentationi potiuſ ꝙ vſui deliguntur / nõ guttis aſperſe ſunt / ſed longis colorũ ductibus lineãtur ; Hiſpanis oritur ĩter anchetaſ ſcithicorũ ãniũ princepſ. purus. et hauſtu ſaluberrimuſ / vſqꝫ dum callipodum terminis inferatur. vbi fõs exampeus infamis eſt amara ſcaturigine. qui exãpeuſ liquido admixtus fluori amnẽ vicio ſuo vertit. adeo vt diſſimilis ſibi ĩ maria cõdatur. ita ĩter gentium opinioneſ fama de hiſpane diſcordat. qui in principiis eum norunt / predicant. qui ĩ fine experti ſunt / noniniuria execrantur ;

## Capitulũ. xix. de flumine boriſtenes. de neuris. geloniis. agathirſis. ãtropophagis. dachis. albanis. de canibus albaniſ. de eſſedonibuſ. ſcytauris. nomadibus. georgiis. aliiſqꝫ plurimis. de ſmaragdo. de cryſtallo ;

Pud neuros naſcitur boriſtenes flumẽ.

ī quo piſces egregii ſaporis . et quibus oſſa nulla
ſunt . nec aliud q̄ cartilagines tenerrime ; Ve=
rum neuri (vt accepimus) eſtatis temporibus ī lu
pos tranſfigurātur . deīde ſpatio exacto (quod huic
ſorti attributū eſt) ī priſtinā faciem reuertuntur .
populiſ iſtis deus eorum marſ eſt . pro ſimulacris
enſes colunt . homines victimas habent . oſſibus a
dolēt igneſ focorū ; Gelonii ad hos proximāt .
de hoſtiū cutibus et ſibi īdumēta faciunt . et equiſ
ſuis tegmiā . geloniſ agathirſi collimitātur . ſerulo
picti . fucatis in cerulū crinibuſ . nec hec ſine diffe
rentia . nam quāto quis anteit ! tanto propenſiore
nota tingitur . vt ſit indicium humilitatis nimis
pingui ; Poſt antropophagi quibus execrandi
cibi ſunt humana viſcera . quem morem impie gē
tis adiacentiū terrarū prodit triſtiſſima ſolitudo .
quas ob nepharium ritum finitime nationes me=
tu profuge reliquerunt . et ea cauſa eſt ! vt vſq; ad
mare quod tabin vocant per longitudinē eius ore
que eſtiuo oriēti obiacet ſine homiē terra ſit . īmē
ſa . deſerta quoad perueniatur ad ſeras ; Cali=
beſ et dache in parte aſiatice ſcythie crudelitate ab
immaniſſimis nichil diſcrepant ; At albani in
ora agentes qui poſteros ſe iaſonis credi volunt !
albo crine naſcuntur . caniciem habent auſpicium

capillorum. ergo capitis color genti nomē dedit.
glauca oculis ineſt pupilla. ideo nocte pluſq̄ die
cernunt; Apud hos populos nati canes feris
anteponuntur. frangunt tauros. leones premūt.
detinent quidquid obiectum eſt. quibus cauſiſ eti
am meruerunt annalibus tradi. Legimus peten
ti indiā alexandro a rege albanie duoſ miſſos. quo
rū alter ſues ſibi et vrſos ablatos vſq; eo ſpreuit!
vt offēſuſ degeneri preda! ſimilis ignauo diu accu
baret. quem per ignorantiā velut inertem alexan
der extingui imperauit. alter vero monitu eorum
qui donum proſecuti fuerant leonem miſſum ne=
cauit. mox viſo elephanto notabiliter exultās! be=
luam primo aſtu fatigauit. deinde cum ſūmo ſpec
tantiū horrore afflixit terre. hoc genus canis cre=
ſcit ad formam ampliſſimam. terrificis latratibuſ
vltra rugitus inſonantes; Hec ſūt de canibus
albanis. Reliqua cōmunia vniuerſis. dominos
equaliter omnes diligunt. ſicut exemplis patet.
In epyro deniq; domini percuſſorē in cetu agni=
tum latratu canis prodidit. Iaſolicio interfecto
canis ipſius aſpernatus cibum inedia obiit. Liſi=
machi regis canis flammis ſe iniecit accenſo rogo
domini. pariter et igni abſumptus eſt. Garaman
tum regē ducenti canes ab exilio reduxerunt. pre

liantes aduerſus reſiſtentes. Colofonii et caſtaba
lenſes canibus ductis in bella primas acies inſtru
ebant. Appio/iunio/publio/ſicinio conſulibus
damnatum dominū canis (cum abigi non poſſet)
comitatuſ in carcerem / mox percuſſum vlulatu
proſecutuſ eſt. cūq ex miſeratione populi romani
poteſtas ei cibi fieret/ ad os defuncti eſcam tulit.
vltimo deiectum in tiberim cadauer adnatans ſu=
ſtētare conatus eſt. Canes ſoli nomina ſua recog
noſcunt. itinerum meminerunt. Indi coitus tem
pore in ſaltibus relegāt canes feminas. vt cum iis
tigrides coeant. quarum ex primiſ cōceptibus (ob
nimiam feritatem) inutiles partuſ inducant. itidē
ſecundos et terciosſ educant. Egypcii canes e nilo
nunq̄ niſi currentes lambitant. dum a crocodilis
inſidias cauent; Inter antropophagos in aſia
tica parte numerātur eſſedones. qui et ipſi nefan=
dis funeſtantur inter ſe cibiſ. Eſſedonū mos eſt/
parentum funera proſequi cantibus. et proximo=
rum corrogatis cetibus corpora ipſa dentibus la
niare. et pecudum mixta carnibus dapes facere.
capitum etiam oſſa auro intincta in poculorū tra
dere miniſterium. Scythotauri pro hoſtiiſ cedūt
aduenas. Nomades pabula ſequūtur. Georgii
in europa ſiti/agroſ exercent. aſiate perinde ieuro

pa ſiti / neq; mirantur aliena . neq; ſua diligūt . Sci
tharthei vſu auri argentiq; damnato / in eternum
ſe a publica auaricia vendicarūt . Scithaurum ite
rius habitantiū aſperior ritus eſt . ſpecus incolūt .
pocula non vt eſſedones / ſed de inimicorum capi=
tibuſ moliuntur . amant prelia . interemptorū cru
orem e vulneribus ipſis bibunt . de numero cediū
honor creſcit . quarū expertem eſſe apud eos pro=
bum eſt . hauſtu mutui ſāguinis fedus ſanciunt .
non ſuo tantum more / ſed medorum quoq; vſur=
pata diſciplina . Bello deniq; quod geſtū eſt olym
piade nona et quadrageſima anno poſt ilium cap=
tum ſexconteſimo quarto inter lunatem lyddum
et aſtiagē medie regem hoc pacto firmata ſunt iu=
ra pacis . Colchorum vrbem dyoſcoriden amphi
tus et teſtius aurige caſtoris et pollucis condide=
runt . a quibus emochorum gens exorta eſt . vltra
ſauromatas ī aſia ſitos qui mythridati latebrā ex
quibus originem medi dederunt / confines ſunt
thallii iis nationibus quas ab oriente contingunt
caſpii maris fauces . que fauces mirūinmodū me=
tuntur . imbribus creſcunt eſtibus . heniochorum
monteſ / araxen . moſcorum / faſidem fundunt . ſed
araxes breuibus interuallis ab eufratris ortu ca=
put tollit . ac deinde in caſpium fertur mare . Arii=

maſpi gēs circa clithelon poſita vinocula genſ eſt. Vltra hos et ripheum iugū regio eſt aſſiduis abſeſſa niuibus. ptoerophoron dicunt. quippe caſus cōtinuantium pruinarum quiddam ibi exprimit ſimile pinnarum. damnata pars mundi et a rerum natura ī nubē eterne caliginis merſa ipſiuſq; prorſus aquilonis conceptaculis rigentiſſima. ſola terrarum non nouit vices temporū. nec de celo aliud accipit ꝙ hyemem ſempiternam. In aſiatica ſythia terre ſunt locupletes. ībabitabiles tamē. nam (cum auro et gemmis affluāt) grippes tenēt vniuerſa. alites ferociſſimi. et vltra omnem rabiē deſeruientes. quorum immanitate obſiſtēte aduenis acceſſus difficilis ac rarus ē. quippe viſos diſcerpunt velut geniti ad plectendam auaricie temeritatem. ariſmaſpi iis dimicant/vt intercipiant lapides. quorum non aſpernabimur perſequi qualitatē; Smaragdis hic locus patria eſt. quibus terciam inter lapides dignitatem theophraſtus dedit. licet ſint et egyptii et calcedomii et medici et latonici/precipuus eſt honos ſcythicis. nichil his iocūdius nichil vtilius vident oculi. imprimis virēt vltra aquaticum gramen. vltra amnitas herbas. deinde obtutus fatigatos coloriſ reficiūt lenitate. nam viſus quos alterius gēme fulgor retuderit/

ſmaragdi recreāt. et acuunt. nec aliam ob cauſam placuit: vt non ſculperentur. ne offenſum decus imaginum lacunis corrumperetur. q̃ꝗ qui verus eſt: difficulter vulneretur. probantur hoc pacto. ſi aſpectus transmutant: ſi (cum globoſi ſunt) proxima ſibi inficiant aere repercuſſo. aut (cum concaui ſunt) inſpectantiū facieſ emulentur. qui neq; vmbra neq; lucerniſ neq; ſole mutentur: optimos tamen ſortiūtur ſitus / quibus planicies reſupina eſt et extenta. inueniuntur etheſiis flantibus. tūc enim detecto ſolo facillime internitent. nā etheſie plurimū arenas mouent. alii nimis nobiles in cōmiſſuris ſaxorum / vel in metallis erariis apparent. quos calchos ſmaragdoſ nuncupant. vicioſi eorum intrinſecus quaſdā ſordes habent. vel plūbo / vel lapidamentis / vel etiam ſali ſimiles lauantur auſtero mero. ſed viridi proficiunt oleo. q̃uiſ natura imbuantur. Et ſcyancus e ſythia eſt optimus. ſi cerulo coruſcabit. cuius gnari in marē et feminam diuidunt. feminis nitor purus eſt. mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis puluiculus variat; Iſtic et cryſtallus quē licet maior pars europe et particula aſie subminiſtrent preciosiſſimum tamē ſythia edit. multus ad pocula deſtinatur. quanlibet nichil aliud q̃ frigi-

dum pati poſſit. ſexangulus īuenitur. qui eligūt /
puriſſimū captant. ne quid rufum / neq; nubilū /
vel ſpumis obſitum arceat perſpicuitatem. tūc ne
duricia iuſto propenſior obnoxium fragilitati ma
gis faciat. putant glaciem coire. et in cryſtallū cor
porari. ſed fruſtra. nam (ſi ita foret) nec alabanda
aſie / nec cyprus īſula hanc materiam procrearēt /
quibus admodum calor iugiſ eſt. liuia auguſti ad
magnitudinē centum quinquaginta librarū inter
capitolina denaria cryſtallum dedicauit;

## Capitulū. xx. de hyperboreis. armipheis. tigribus. pantheris et pardis;

f
Abule erant hyperborei et rumor irri=
tus / ſi que illinc ad nos vſq; fluxerunt
temere forent credita. ſed (cum probiſ=
ſimi autores et ſatis idonei ſententias pares faci=
unt) nullus falſum reformidet. de hyperboreis rē
loquemur. incolūt penepteforon quē vltra aquilo
nem accepimuſ iacere. gens beatiſſima. eam aſie
quidam magis q̄ europe dederunt. alii ſtatuunt
mediam inter vtrunq; ſolem antipodum occiden=
tem et noſtrum renaſcentem. quod aſpernatur ra
tio / tam vaſto mari duos orbes iterfluente. Sūt

igitur in europa . apud quos mundi cardines eſſe credunt et extimos ſiderum ambitus . et ſemeſtrē lucem aduerſum vna tantum die ſolem . q̄q̄ exiſtant qui putāt non quotidie ibi ſolem ( vt nobis) ſed vernali equinoctio exoriri . autūnali occidere . ita ſex menſibus infinitū diem / ſex aliis continuā eſſe noctem . de celo magna clementia aure ſpirāt ſalubriter . nichil noxii flatuſ habent . domus ſunt nemora vel luci . in diē victū arboreſ ſūminiſtrāt . diſcordiā neſciunt . egritudine non inquietantur . ad īnocentiā omnibus equale votum . mortem acceſſunt . et voluntario interitu caſtigant obeundi tarditatem . quos ſacietas vite tenet / epulati delibutiq; de rupe nota precipitem caſū ī maria deſtinant . hoc ſepulture genus optimū arbitrantur . aiunt etiā ſolitos per virgines probatiſſimas primitiua frugum apollini delio miſſitare . verum he (quoniam perfidia hoſpitum non illibate reuenissent) deuotionis quam peregre proſequebātur pontificium mox intra fines ſuos receperunt ;

Altera in aſia gens eſt ad initiū orientis eſtiui vbi deficiunt ripheorum montium iuga . hiperboreis ſimiles dicunt armipheos . ipſi gaudent frondibus arbuſtorū . baccas edunt . iuxta viros ac feminas tedet crinium . vterq; ſexus comas tondet .

amant quietem. non amant ledere. ſacri habētur.
attrectariq; eos etiā a ferociſſimiſ nephas ducitur.
quicunq; pericula a ſuis metuit (ſi ad armipheos
tranſfugerit) tutus eſt / velut aſylo tegatur;

Vltra hos cimmerii. et gēs amazonū porrecta
ad caſpium mare. quod delapſum per aſiatice ter=
re plagam ſythicum irrumpit oceanum. magnis
deīde ſpatiis intercedentibuſ hoſtia oxii fluminiſ.
hircani habent. gens ſiluis aſpera. copioſa imma=
nibus feris. feta tigribus. quod beſtiarum genus
inſignes maculis note et pernicitas memorabile
reddiderunt. fuluo nitent. hoc fuluum nigranti=
bus ſegmentis interundant. varietatem apprime
decet. pedum motum neſcio an velocitaſ an perni
cacia magis adiuuēt. nichil tā lōgum eſt quod nō
breui penetrent. nichil adeo ātecedit! vt non ilico
aſſequatur. ac maxime potentia earum probatur!
cum maternis curis concitantur. cum catulorum
inſiſtunt raptoribus! ſuccedant ſibi equites licet!
et aſtu quantolibet amoliri predam velint (ni in
preſidio maria fuerint) fruſtra eſt auſum omne.
notantur frequentiſſime (ſi quando latroneſ ſuos
aſportatis catulis renauigantes vident) in litore
irrita rabie cernuari. velut propriam tarditatem
voluntaria caſtigātes ruina. q̄q̄ de fetu vniuerſo

vix vnus queat ſubtrahi ; Panthere quoq; nu=
meroſe ſunt in hircania. minutis orbiculis ſuper=
iecte ! ita vt oculatis ex fuluo circulis vel cerula
vel alba diſtinguatur tergi ſupellex. tradunt odo=
re earum et contemplatione armenta mire affici.
atq; (vbi eas perſentiſcant) properato conuenire.
nec terreri niſi ſola oris toruitate. quam ob cauſã
panthere abſconditis capitibus que corporis reli=
qua ſunt ſpectanda prebent. vt greges ſtupidoſ in
obtutum populẽtur ſecura vaſtatione. ſed hircani
(vt hominibus intentatum nichil eſt) frequentiuſ
eas veneno q̃ ferro necãt. aconito carnes illiniũt.
atq; ita per compita ſpargunt ſemitarum. que vbi
eſe ſunt ! fauces earum angina obſidẽtur. ideo gra
mini nomen pardalianchen dederunt. ſed panthe
re aduerſus hoc virus excrementa humana deuo=
rant. et ſuopte ingenio peſti reſiſtunt. lenta illis
viuacitas. adeo vt eiectis interaneis mortem diu
differunt ; In his ſilueſtribus et pardi ſunt.
ſecundum a pantheriſ genus. noti ſatiſ. nec latius
exequendi. quorum adultericis coitibuſ degenerã
tur partus leenarum. et leones quidam precrean
tur / ſed ignobiles ;

Capitulũ. xxi. ũde mediterranea maria oriãtur ;

Voniam in ponticis rebus ſumus / non erit omittēdum / vnde mediterranea maria caput attollant. exiſtimant enī quidā ſinus iſtos a gaditano freto naſci. nec aliam eſſe originem ꝙ̄ eliquiam irrumpentiſ oceani. cuius ſpiritu peruagante apud aliquot mediterranea litora(ſicut in italie parte)fieri ſolet acceſſus vel receſſus. qui contra ſentiunt / omnem illum fluorē aiunt a ponticis faucibus inundare. idq̧ fulciunt argumento non inani / ꝙ eſtus e ponto profluuſ / nunꝙ̄ reciprocetur ;

Capitulum. xxii. de ſcithicis inſulis. de oceano ſeptemtrionali. de hippopodibus. de ceruis. de tragelaſis ;

Nſula apollonitarum octoginta milibuſ paſſuū abeſt a boſphoro tracio circa hiſtrum ſita. ex qua. m. luculuſ apollinem capitolinum nobis extulit. ante boriſcene achilis inſula eſt. cum ede ſacra. quam edem nulla ingreditur ales. et que forte aduolauerit / raptim fugā properat ; Oceanum ſeptemtrionalē ex ea parte qua a propaniſſo amne ſcythia abluitur / hecathaeus amalcium appellat. quod gentis illius lin

gua ſignificat / congelatum mare. philemon acim=
bris ad promontorium rubeas / morimaruſam di
cit vocari. hoc eſt / mortuum mare. vltra rubeas
quidquid eſt / cronium nominant. Mare autem
caſpium ex altero ponti latere vltra maſſagetas et
appalaeos ſcytas eſſe in aſiatica plaga hauſtu ſicut
alexādro magno probatū eſt. mox pompeio mag=
no / qui bello mytrhidatico (ſicut commilito eius
varro tradit) ipſis hauſtibus periclitari fidem vo
luit. id euenire produnt e numero fluminū. quo=
rum tanta copia ibi confluit / vt naturā maris ver
tant. Non omiſerim quod per idem tempuſ eidē
magno licuit ex india diebus octo a bactriſ vſq; da
lierum flumen quod influit oxum amnem perue
nire. deīde in mare caſpium. inde per caſpium ad
cyri amniſ penetrare fluentum / qui armenie et hi
berie fines interluit. itaq; a cyro diebus non am=
plius quinq; itinere terreno ſubnectiſ nauibus ad
alueum faſidis pertendit. per cuiuſ excurſuſ in pō
tum vſq; indos aduehi liquido probatū eſt. autor
eſt xenophon lamſacenus / a litore ſcytharum in
inſulam abalciam triduo nauigari. eius magnitu
dinem immēſam. et pene ſimilem continenti;

Nec longe oocenas ſeparari. quas qui habitēt /
viuant ouis auium marinarum et auenis vulgo

naſcentibus.perinde alias propter cōſtitutas eque
inſulas/quarum hyppapodes indigene/ humana
vſq; ad veſtigium forma. ī equinos pedes deſinūt
eſſe.et phaneſiorū/quorum aureſ adeo ineffuſam
magnitudinem dilatantur/ vt reliqua viſcerum il
lis contegant. nec amiculum aliud ſit q̄ ut mem=
bris membra veſtiant; Anteq̄ digediamur ab
ſcychia,religio eſt non preterire/ quenam peculia
res ſunt fere ſcychie. cerui plurimi in hac terra.
Igitur de ceruis proſequemur. mares/ generis
huiuſce. cum ſtatutum tempus venerem incitaue
rit/ſeuiunt rabie libidinis.femine licet prius con
ſerantur/ non concipiunt ante arcturi ſidus. nec
qualibet partus ſuos educant.teneros ſtudioſe oc
culunt. et abſconditos inter profunda fruticum
vel herbarum pedum verbere caſtigant ad laten=
dum.cum maturierit ad fugam robur/ exercitati
one docent curſus.aſſueſcunt ſalire per abrupta.
acceptiſ canum latratibuſ ſecundum ventum viaſ
dirigunt.vt odor cum ipſiſ recedat.mirantur ſibi
lum fiſtularū.rectis auribuſ acutiſſime audiunt.
ſummiſſis nichil.ſtupent omnia. propterea faci=
lius obuios ſe prebent ſagittantibus. ſi maria tra
nent/non aſpectu petunt litora/ſed olfactu.infir
mos ponunt in vltimo.et laſſorū capita clunibus

per vices ſuſtinent. ecornibus quod dexterum fu
erit! efficacius eſt ad medelam / ſi fugare angues
geſtias. vtrum velis vres! que vſtrina preterea ni
dore vicium aperit ac detegit / ſi cui ineſt morbus
comicialis. pro etate ramulos augent. id increme͂
tum in ſexennes perſeuerat. deinceps numeroſio=
ra nō poſſūt fieri cornua! poſſūt groſſioſiora. que
quidem caſtratis nunq̄ creſcunt. nec tamen deci=
dunt. dentes monſtrant ſenectutem. cum aut pau
ci inueniuntur aut nulli. ſerpentem hauriunt et
ſpiritu varium extrahunt de latebris cauernarū.
Diptannum ipſi prodiderunt. dum eo paſti excu
tiunt accepta tela. Herbam quoq̧ quam cinaren
vocant contra noxia edunt gramina. Aduerſum
venena mirificum eſt hinnuli coagulum / occiſi
in matris ſue vtero. Patuit nūq̄ eos febreſcere.
quam ob cauſā confecta ex medulis eorum ingui
na cedunt calores hominum languentium. legi=
mus plurimos matutiniſ diebus ceruinam carnē
deguſtare ſolitos / ſine febribus longeuos fuiſſe.
quod demū proderit / ſi vno vulnere fuerint inte
rempti. Ad diſnoſcendam viuacitatem alexander
magnus torques plurimis ceruis inuexuit. qui
poſt annū centeſimum capti necdum ſenii indiciū
preferebant; Eadem pene ſpecie ſunt quos tra

gelaſos dicunt. ſed non alibi q̃ circa phaſiden ap
parent. tantumq; illi villoſoſ habēt armoſ et men
ta promiſſis hirta barbis;

Capitulum.xxiiii. de germania. de auibus
de nocte lucentibus. de biſontibus. de vrſ.
de alce. de mirabili germanie animali. de
ſuccino. de gallacia gemma;

m Ons eno ipſe ingens / nec ripheis mi=
nor collibuſ: initium germanie facit. in
gracones tenent. a quibus primis poſt
ſcychas nomen germanicum conſurgit. diues ho=
rum terra. frequens populis numeroſiſ et imma
nibus. extenditur inter herquinium ſaltum et
rupes ſarmatarum. vbi incipit danubio. vbi deſi=
nit etrhenus perfunditur. de internis eius parti=
bus albagut halus / viſcla / amnes latiſſimi preci
pitantur in oceanum; Saltus herquiniuſ aues
gignit quarum penne per obſcurum emicant et in
terlucent / q̃uis obtenta nox denſet tenebras. vn=
de homines loci illius plerunq; nocturnos excur
ſus ſic deſtinant: vt illis vtantur ad preſidium iti
neris dirigendi. proiectiſq; per opaca callium rati
onē vie moderentur inditio plumarū refulgētiū;

In hoc tractu ſane et in omni ſeptemtrionis plaga biſontes frequentiſſimi. qui boues feris ſimiles / ſetoſi colla / iube horridi / vltra tauros pernicitate / capti aſſueſcere manu neſciunt ; Sūt et vri quos imperitum vulgus vocat bubalos. cū bubali pene ad ceruinam faciem in africa procreentur. iſtis porro quos vros dicimus taurina cornua in tantum modum protēduntur ! vt dempta (ob inſignem capacitatem ) inter regias menſas potuum gerula fiant ; Eſt et alces mulis comparanda. adeo propenſo labro ſuperiore ! vt niſi recedens in poſteriora veſtigia paſci non queat ;

Gangania īſula e regione germanie mittit animal quale alces. et cui ſuffragines vt elephantis flecti nequeunt. propterea non cubant. cum dormiendum eſt tamen ! ſomnolentū arbor ſuſtinet. que prope caſura ſecatur. ut fera (dū aſſuetis fulcimentis innititur) faciat ruinam. ita capitur. alioquin difficile eſt eam mancipari. nam in illo rigore poplitum incomprehēſibili fuga pollet. Germanicis inſulis candania maxima eſt. ſed nichil in ea magnum / preter ipſam. Nam ceſſaria dat cryſtallum. dat ſuccinum. quod lignum germani gentiliter vocant cleſim. qualitas materie iſtius ſūmatim antea / germanico autem ceſare omnes ger

manie oras ſcrutãte comperta arbor eſt . pinei ge=
neris . cuius mediale autumni tempore ſuccino
lacrimatur . ſuccum eſſe arboris de noninis capeſ=
ſas qualitate . pinum vero vnde ſit genitum (ſi vſ=
ſeris) odor indicabit . Precium opere eſt ſcire lõ
gius . ne indanee ſilue credantur lapidem fleuiſſe .
hanc ſpeciem in illiricum barbari intulerunt . que
cum per pannoſica commercia vſu ad tranſpada=
noſ hómineſ foret deuoluta (ꝙ ibi primum noſtri
viderant) ibi etiam natam putauerunt . munere
neronis principis apparatus omnis ſuccino inor=
natus eſt . nec indifficulter . cum per idem tempuſ
tredecim milia librarũ rex germanie dono ei mi=
ſerit . rude primum naſcitur . et corticoſum . deĩde
incoctum adipe lactentis ſuis expolitur ad quem
videmus nitorem . pro facie habet nomen amellũ
dicitur et falernum . vtrunqꝫ de ſimilitudine aut
vini aut vtiqꝫ mellis . in aperto eſt quod rapiat fo=
lia . quod trahat paleaſ . quod vero medeatur mul
tis vitalium incõmodis / medentium docuit diſci=
plina . ĩdia habet ſuccinum . ſed germania optimũ
plurimumqꝫ . quoniam ad ĩſulam celſariam vene=
ramus a ſuccino ceptum ; In germanie conti=
nentibus gallacia reperitur . quam gemmam ara=
bicis anteponũt . vincit enim gracia . arabes quidẽ

dicunt non alibi eam deprehendi ꝙ̄ in indis auiū quas melancoyphas vocant. quod nulluſ recepit. cum apud germanie populos ꝙ̄uis rara / in ſaxis tamen appareat. honore precio ad ſmaragdos vi=ret. pallidum nichil iocundius aurum decet. Ceranniorū porro genera diuerſa ſunt. germanicū candidum eſt. ſplendet tamen cerulo. et ſi ſubdi=no habeas / fulgorem rapit ſiderum ;

## Capitulum. xxiiii. de gallia. in qua de oleo medico ;

Allie inter rhenum et pyreneum. item inter oceanum et montem cebennem ac uice porriguntur. felices glebis prepinguibus. accommode preuentibus fluctuariis. plereqꝫ conſite vitibus. et arbuſtiſ. omni ad vſum animantium fetu beatiſſime. rigue equis fluminum et fontium. ſed fontaneis interdum ſacriſ et vaporantibus. infamantur ritu incolarū. qui (vt aiūt) deteſtabili ſacrorum ritu (veri enim periculū non ad me recipio) iniuria religionis humanis litant hoſtiis. ex iſto ſinu quoquo orbis velis exeas. in hiſpaniam et in italiam terra mariqꝫ. in africam / mari tantum ; ſi thracia ſit petenda / excipit ager

rethicus optimus et ferax. inde noricus frigidus:
et parcius fructuoſus. qua ſubducitur a iugis al=
pium/admodum letuſ. tum pannonia ſolo plano
vberiqꝫ drano ſanoqꝫ ĩclitis amnibus circumflua.
viro fortis. et ſolo leta. mox meſie. quas maiores
noſtri iure cereris horreum nominabant; In
quarum parte que pontica eſt apparet herba qua
inficitur oleum/ quod vocant medicum. hoc ad
incendium excitatum(ſi obruere aqua geſtias)ar=
det magis. nec alio ſopitur q̃ iactu pulueris;

## Capitulum. xxv. de britannia;

Inis erat orbis ora gallici litoris. niſi
britannia inſula non qualibet amplitu
dine nomen pene orbis alterius mere=
retur. octingenta enim et ampliuſ milia paſſuum
longa detinet. ita vt eam in calidonicum vſqꝫ an=
gulum metiamur. in quo receſſu vlyxem calido=
nie appulſum manifeſtat grecis litteris ſcriptura
veterum. multis inſulis nec ignobilibus circun=
datur. quarum hibernia ei proximat magnitudi=
ne. inhumana ritu incolarum aſpero. alias ita pa
buloſa/vt pecuaria(niſi interdum a paſtibus arce
ãtur)ad periculũ agat ſacietas. illic nullus ãguis.

ſ auis rara. gens inhoſpita et bellicoſa . ſanguine in teremptorum hauſto prius victores vultus ſuos oblinunt. fas ac nefas eodem loco ducunt. puerpera (ſi quando marem edidit) primos cibos gladio imponit . mariti inqꝫ os paruuli ſūmo mucrone auſpicium alimentorum leuiter infertit / et gētilibus votis optat. non aliter ꝙ in libello et inter arma mortem oppetat. qui ſtudēt cultui / dētibus marināciū beluarū īſigniūt enſiū capuloſ. cādidāt enī ad eburnā claritatē. nā precipua viris gloria ē ī armorū nitela . Interea apes nō habēt. aduectū inde ſeu puluerē ſeu lapilloſ / ſi quid ſparſeriſ īter aluearia / examina fauoſ deſerēt . Mare quod īter hiberniā hāc et britāniā īterluit vndoſū īquietūqꝫ toto in āno. nō niſi pauculis diebus ē nauigabile. cētū vigīti milia paſſuū latitudinis diffūdi / qui fidē ad verū ratiocinati ſūt / eſtimarūt ; Siluerā quoqꝫ īſulā ab ora quā gēſ britānica detinet turbidū fretū diſtīguit. cuius hoīēs etiā non cuſtodiūt morē vetuſtū. numū refutāt. dāt res et accipiūt. mutatioībuſ neceſſaria potius ꝙ preciis parāt. deos percolūt. ſciētiā futurorū pariter viri ac femīē oſtētāt. ſattanuſ īſula aſpiratur freto gallico a britānie cōtinēti eſtuario tenui ſeparata. felix frumētariis cāpis. et gleba vberi. nec tātū ſoli ſibi / verū

52

et aliis ſalubris locis. nam(cū ipſa nullo ſerpatur angue) aſportata inde terra/ quoquo gētiū īuecta ſit/angues necat;

Capitulū.xxvi.de inſula tile;

Vlte et alie circa britāniā īſule e quibus tile vltima.in qua eſtiuo ſolſticio ſole de cācri ſidere faciēte trāſitū/ nox pene nulla.brumali ſolſticio perīde dies nullus. vt ortus iūctus occaſui. a calidonie promōtorio tilē petētibus bidui nauigatio ē. īde excipiūt ebudes īſule quiq; numero.quarū īcole neſciūt fruges. piſcibus tātū et lacte viuūt.rex vnus ē vniuerſis. nā quotquot ſūt ōnes āguſta īterluuie diuidūtur. rex nichil habet ſuū.ōnia vniuerſorū.ad equitatē certis legibus ſtrīgitur.ac(ne auaricia deuertat a vero)diſcit paupertate iuſticiā. vt pote cui nichil ſit rei fāiliaris. verū alitur ex publico. nulla illi femiā datur propria.ſed per vicitudiēs ī quācūq; cōmotus ſit/ vſurariā ſumit. ūde ei nec votū nec ſpes cōceditur liberorū. Secūdā cōtinēti ſtationē eūtibus orchades prebēt. ſed orchades ab ebūdibus porro ſūt ſeptē dierū totidēq; noctiū curſu. numero tres vacāt homiē.nō habēt ſiluas. tātū iūceis herbis īhorreſcūt. cetera earū nude arene et rupes tenēt. ab orchadibus tilē vſq; quiq; dierū atq; noctiū nauigatio eſt.

ſed tile larga et diutiua . Pomona copioſa eſt. qui illic habitāt principio veris inter pecudes pabuliſ viuūt. dein lacte in hyemē cōpergūt arborū fructus. vtūtur feminiſ vulgo. certū matrimoniū nulli. vltra tilē accepimus pigrū et concretum mare;

Circuitus britānie quadragies octies ſeptuaginta quinq; milia paſſuū ſunt. in quo ſpatio magna et multa flumina ſut. fōtes calidi / opiparo exſculpti apparatu ad vſus mortalium. quibus fōtibus preſul eſt minerue numē; In cuius ede perpetui ignes. nūq̄ caneſcūt in fauillaſ. ſed vbiciniſ tabuit / vertit in globos ſaxeos. preterea vt taceā metallorū largā. variāq; copiā quibus britānie ſolum vndiq; generū pollet venis locupletibus; Gagates hic plurimus optimuſq; ē lapis. ſi decorē requiras / nigro gēmeus. ſi naturā / aqua ardet. oleo reſtinguitur. ſi poteſtatem / attritu calefactus applicita detinet atq; ſuccinū . Regionem partim tenēt barbari. quibus per artifices plagarū figuras iam inde a puerilis varie animalium effigies incorporantur. inſcriptiſq; viſceribus homines incremento pigmentis note creſcunt. nec quicq̄ magne pacientie loco nationes fere ducunt / q̄ vt per memores cicatrices plurimum ſucci artus bibant;

Capitulū.xxi.de hiſpania. In qua de ſeraunio rubente. de gaditano freto et mediterraneo mari.de oceano;

Euerſus ad continentem res hiſpanienſes vocant. terrarum plaga comparanda optimis. nulli poſt habenda. frugum copia et ſoli vbere. ſiue vinearum prouentus reſpicere/ ſiue arborarios velis.omni materia affluit/quecūq; aut precio ābicioſa eſt/aut vſu neceſſaria.argentū vel aurū (ſi requiras)habet. ferrariis nūq̄ deficit.nec cedit vitibus.vicit oleis. Diuidua ē prouinciis tribus: ſecundo punico bello noſtra facta. nichil ī ea ocioſū/nichil ſterile.quidquid cuiuſcūq; modi negat meſſem! viget pabulo. etiam que arida ſunt ab ſterilitate rudentum materias nauticis ſubminiſtrant.non cogunt ibi ſales/ ſed effodiūt. depurgant imminiū vt cellas pulueris. fucāt vellera/vt ad ruborem merum depotēt cocti venenū. In luſitania hiſpania promuntorium eſt.quod artabrum alii/alii oliſiponenſe dicūt.hoc celum/terras/maria diſtīguit terris.hiſpanie latus finit.celū et maria hoc modo diuidit.ꝗ a circuitu eius incipiunt oceanus gallicus et fōs ſeptētrionalis oceano atlantico et occaſu terminatus. Ibi oppidum

oliſipone vlixe conditum. ibi tagū flumen ob are=
nas auriferas ceteris pretulerūt. In proximis oli=
ſiponis eque laſciuiunt mira fecunditate. nam aſ=
pirante fauonio vento concipiunt. et ſicientes vi=
ros aurarū ſpiritu maritantur. hiberus amnis to=
ti hiſpanie nomen dedit/ betis prouincie vtiꝗ no=
bilis. Cartaginem apud hiberos (que mox colonia
facta eſt)poeni condiderūt. tarraconem ſcipiones.
ideo caput eſt prouincie tarraconēſis. Luſitanū
litus floret gemma ceraunio plurimum. quod eti=
am indicis preferunt. huius ceraunii color eſt epi=
ropo. qualitas igni probatur. quē(ſi ſine detrimē=
to ſui perferat) aduerſum vim fulgurum creditur
opitulari. Caſſiterides inſule ſpectāt aduerſum cel=
tiberie latus. plumbi fertiles. et tres fortunate.
equibus ſolum vocabulum ſignandum fuit. Ebu=
ſus e balearibus que aſcanio abeſt ſeptingenta ſta=
dia ſerpentem nō habet. vt pote cuius terra ſerpē=
tes fuget. Colubraria que ſucronem verſus feta ē
anguibus. Bocchoris regnum baleares fuerūt vſ=
ꝗ ad euerſionem frigū. cuniculis animalibus quō=
dam copioſe. In capite betice vbi extremus eſt no=
ti orbis terminus/ inſula a continenti ſeptingentis
pedibus ſeparatur. quā tyrii a rubro profecti ma=
re erythreū/poeni lingua ſua gadir/ id eſt ſepe no=

bilem nominauerunt. in hac regione geryonē e=
uum agitauiſſe plurimis monumētis probatur.
tametſi quidam putēt herculem boues ex alia in=
ſula abduxiſſe que luſitaniam contuetur. Ga=
ditanum fretum a gadibus dictū athlanticus e=
ſtus in noſtrū mare diſcidio orbis immittit. Nā
oceanus (quē greci ſic nominant) de celeritate ab
occaſu ſolis irrumpens / leuo latere europam ra=
dit / africam dextero. ſciſſiſq; calpe et abinna mō=
tibus (quos dicunt colūnas herculis) inter mau=
ros funditur et hiſpaniā. ac freto iſti (cuius quī=
decim milia paſſuum efficit longitudo / latitudo
vix ſeptem) quodam oſtio aperit limen interim e
quoris mixtis mediterraneis finibus / quos ad=
uſq; oriētem propellit. horum qui hipanias per=
fūdit hibericus fretus. et balearicus qui narbo=
nenſem prouinciam. gallicus mox liguſticus. ab
eo ad ſiciliam tuſcus / quem greci ionium vel tyr=
rhenum / itali inferum vocant. a ſicilia cretamte=
nus ſiculus. inde creticus qui in pamphiliam et
egyptium pertendit. Que aquarum moles torto
in ſeptentrionem prius latere āfractibus magnis
iuxta grecias et illyricum per helleſpontum ī an=
guſtias ſtringitur propontidis. que propōtis eu=
ropam aſiamq; diſcriminās ad meotidē peruenit;

Cauſas nominum nō vniformis dedit ratio.
Aſiaticum et phenicū a prouītiis dictum. ab in=
ſulis/carpathum/egeum/icarium/ balearicum/
ciprıcum.a gentibus/ auſonium/ dalmaticū/ li=
guſticum/tuſcum.ab oppidis/adriaticum/argo=
licum/ corinthium/ tyrium .a caſibus hominū/
mirtoū vel helleſpontum. a memoria regis/ io=
nium.a bouis tranſitu vel anguſtis etiam meati=
bus boum/ paruus boſforos. a moribus accola=
rum/euxinus/axinus antea appellatus/ab ordi=
ne fluente propōtis. egyptiū pelagus aſie datur.
gallicum europe.africum libie.his vt queq; pro=
xima ſunt venerunt in partes partium.hec ī gre=
miis terrarum.oras autē extimas oceanus āplec=
titur. qui a litoribus ſuis/arabicus/ perſicus/ī=
dicus/ eous/ſericus/ hircanius/caſpius/ſcythi=
cus/germanicus/gallicus/athlanticus/ libicus/
egyptius dicitur. Cuius acceſſius incrementa cir=
ca litora indie vehementiſſime proruunt. maxi=
moſq; ibi exitus faciūt. ſiue q̄ ſuſpēſus altius ſu=
ſtollatur ui caloris. ſeu q̄ in ea parte orbis et fō=
tium et fluminum copia ſit effuſior; Dubita=
tur etiam nunc quibus ex cauſis intumeſcat oce=
anus.vel quatenus/cum ſuperfluus ſibi fuerit/
rurſus in ſe reſidat. nec in obſcuro eſt plura pro

ingeniis diſſerentium potius q̃ pro veritatis fide
expreſſa. Sed omiſſo ancipiti concurrentiū que=
ſtionū has opiniones probatiſſimas inuenimus.
phiſici aiunt mundum animal eſſe. eūq̨ ex variis
elementorum corporibus conglobatum. moueri
ſpiritu.regi mente. que vtraq̨ diffuſa per mēbra
omnia eterne molis vigorem exerceant. ſicut er=
go in corporibus noſtris commercia ſūt ſpirita=
lia! ita in profundis oceani nares quaſdam mū=
di aiunt cōſtitutas/ per quas emiſſi hanelitus vel
reducti/modo inflent maria/modo reuocent. At
ii qui ſiderum ſequuntur diſciplinam! contendūt
meatus iſtos cōmoueri lune curſibus.adeo vt ſic
viciſſitudines inter maciē aquarum et plenitudi=
nem reſpiciant. neq̨ eodem ſemper tempore. ſed
(prout illa aut minuatur aut creſcat)variari ſe al
ternantes recurſus;

Capitulum xxv iii. de libia. de ortis heſperi=
dum et dracone peruigili, de athlante mōte.
de herba euforbia.

E hiſpania eſt excurſus in libiam. nam
vellone progreſſos quod betice oppidū
eſt vltra interiacēs fretum trium et tri=

ginta milia paſſuum tigi excipit mauritanie. nūc
colonia. et cuius anteus primus autor eſt. porro
ꝙ in illo ambitu egyptium finitur pelagus. et li=
bicium incipit. Placuit vt africam libiam dicere=
mus. quidam tamen libiam a lybie epafi filia/ a=
fricam autē ab afro libis herculis filio potius di=
ctam receperunt. lix quoqꝫ colonia in eodē tractu
conſtituta eſt. ibi antei regia qui implicandis ex=
plicandiſqꝫ nexibus humi melius ſciēs/ velut ge=
nitus matre terra ibidē hercule victus eſt; Nā
de ortis heſperidū et peruigili dracone( ne fame
licentia vulneretur)fides et ratio hec eſt. flexuo=
ſo meatu eſtuario ī mare fertur/adeo ſinuoſis la=
teribus tortuoſum/ vt viſentibus procul lapſus
āgueos fracta vertigine mētiatur. itaqꝫ quod or=
tos appellauere circundat. vnde pomorum cuſto=
des interpretantes/ ſtruxerunt iter ad mendatiū
fabulandi. ſed hec inſula inſinuata finibus aluei
recurrentis/et in quibuſdam equoris ſpiris ſita/
preter arbores oleaſtri ſimiles et aram ſacrā her=
culi aliud nichil prefet/ quo propaget vetuſtatis
memoriam. verum vltra fructices aureos et me=
talla frondentia/illud magis mirum/ꝙ ſolū (in=
feriore licet libra depreſſū)nunꝙ acceſſu freti ſu=
perlabitur. ſed obſtaculo naturalis repaguli ī ip=

ſis marginibus heret vnda. et intimis orarū ſu=
perciliis ſponte fluctus ingrui reſiſtunt. ita ſpec=
tando nimirum ingenio loci planicies manet ſic=
ca. q̃uis prona ſuperueniāt ſala. oppidum eminet
ſale flumini. ab hoc per auctolorum gentem iter
eſt in athlanticas ſolitudines; Athlas mons e
media arenarum conſurgit vaſtitate. et eductus ī
viciniam lunaris circuli vltra nubila caput cōdit.
qua ad oceanum extenditur. cui a ſe nomē dedit.
manat fontibus. nemoribus inhorreſcit. rupibus
aſperatur. ſqualet ieiuno humo. nuda nec herba.
qua africe cōtrouerſus eſt! felix naſcentibus ſpō=
tē frugibus. arboribus proceris oppaciſſimus.
quarū odor grauis. come cupreſſi ſimiles ueſtiū=
tur lanugine ſericis velleribus; In eo latere et
herba euforbia copioſa. cuius ſuccus ad ocularia
proficit claritatem. nec mediocriter percellit vim
venenorum. Vertex ſemper niualis. ſaltus eius
quadrupedes ac ſerpētes fere et cum his elephāti
occupauerunt. ſilet per diem vniuerſus. nec ſine
horrore ſecretus eſt. lucet nocturnis ignibus. cho
ris egipanū vndiqꝫ perſonatur. audiuntur et can=
tus tibiarum et tinnitus cymbalorum per oram
maritimam. a lixo abeſt quinqꝫ et ducentis mili=
bus paſſuum ſexaginta nouem. a gaditano freto!

centum duodecim milibus. habitatus ante/ ut i=
dicat loci facies. quōdam cultu exercitata. ī qua
vſq; adhuc vitis et palme extat veſtigiū. apex per=
ſeo et herculi primis/ ceteris īacceſſus. ita fidem
orarum inſcriptio palam facit/ qua ſpectat occaſū
inter ipſum et flumen anatim/ per quadringenta
octīgenta ſex milia paſſuū. infames beſtie ſiluas
obſident. amnes circa eum non tacēdi. qui licet ſe
parentur interuallis amplioribus! tranſierunt ta
men in quoddam athlantici nominis miniſteriū.
at ſana marino hauſtu. crocodillis et hippopoda=
mis refertum. vltra adhuc amnis qui atro colore
exit per intimas et exuſtas ſolitudines. que torrē
te perpetuo et ſole nimio pluſq̄ ignito nunq̄ ab
eſtu vindicantur. Hec de athlante quē mauri ad=
dierim nominā̄t. et punici libri et noſtri annales
prodiderunt. iuba etiā ptolomei filius qui vtri=
uſq; mauritanie regno potitus eſt. ſuetonius quo
q; paulinus ſummā huic cognitioni īpoſuit ma=
num. qui vltra athlantem primus et pene ſolus
romana ſigna circuntulit;

Capitulum xxix. de mauritania. de ele=
phantis et eorū cum draconibus pugna;

Prouinciis mauritanis tingitana qua ſolſticiali plage obuia eſt / quaq; porrigitur ad internum mare exurgit montibus ſeptem. qui(a ſimilitudine fratres appellati)freto īminent. hi montes elephantis frequentiſſimi ſunt. Monet a principio hoc animantium genus dicere. Igitur elephanti iuxta ſenſum humanum intellectus habent. memoria pollent. ſiderum ſeruant diſciplinā. luna niteſcente gregatī̄m amnes petunt. mox experſi liquore ſolis ! exortus motibus quibus poſſunt ſalutant. deinde ī ſaltus reuertuntur. Duo eorum genera ſunt. nobiliores indicat magnitudo. minores nothos dicunt. candore dē̄tium intelligitur iuuenta. quorum alter ſemper ī miniſterio eſt. alteri paratur. ne hebetatus aſſiduo repercuſſu minus vigeat / ſi fuerit dimicandum. Cum venatu premuntur ! pariter affligunt vtroſq; dentes. vt ebore dānato non requirantur. hanc enim ſibi cauſam ieſſe periculi ſentiunt. Oberrāt agminatum. Natu maximus duxit agmen. etate proximus cogit ſequē̄tes. flumen tranſituri minimos ante mittunt. ne maiorum ingreſſu alueum atterant. et profūdos gurgites depreſſis vadis faciant. Venerem ante annos decem femine ! ante quinq; mares neſciūt.

biennio coeunt. quinis nec amplius in anno die=
bus. non prius ad gregarium numerū reuerſuri
q̃ꝑ viuis aquis abluantur. propter feminas nūq̃ꝑ
dimicant. nulla enim nouerunt adulteria. Ineſt
illis clementie bonum. quippe(ſi per deſerta va=
gabundum hominem forte viderint) ductus uſq;
ad notas vias prebent. vel(ſi cōfertis pectoribus
occurſitent)itinera ſibi blāda et placida manu fa=
ciunt / ne quod obuium animal interimāt. ac(cō=
flictu fortuito ſi quando pugnatur) nō mediocrē
habent curam ſociorum. nam feſſos vulneratoſq;
iu medium receptant. Cum captiuitate venerūt ī
manus hominum / māſueſcunt hauſto ordei ſuc=
co. Maria tranſmeaturi naues nō prius ſubeūt /
q̃ꝑ de reditu illis ſacramentū leuatur. Indicos ele
phantos mauritani timēt. et(quaſi paruitatis ſue
conſcii)aſpernantur ab iis videri. Non annis de=
cem( ut vulgus) ſed biennio ( vt ariſtoteles defi=
nit) vtero graueſcūt. nec āplius q̃ꝑ ſemel gignūt.
nec plures q̃ꝑ ſingulos. viuunt annos tricentos. ī
paciētiſſimi frigoris. trumcos edūt. lapides hau=
riunt. gratiſſimas in cibatu habēt palmas. Odo=
rem muris vel maxime fugiunt. pabula etiā que
a muſculis contacta ſint / recuſant. Si quis caſu
cameleontem deuorauerit / vermen elephātis ve=

neficum oleaſtro ſumpto peſti medetur. duriſſi=
mum dorſo tergum eſt. venter mollius. ſetarum
hirſutie nulle; Inter hos et dracones iugis diſ
cordia. deniq; inſidie hoc aſtu preparātur. ſerpē=
tes propter ſemitas deliteſcūt/ per quas elephāti
callibus aſſuetis euagantur. atq; ita pretermiſſis
prioribus poſtremos adoriuntur. ne qui ātecef=
erunt/queant opitulari. ac primum pedes nodis
illigant/ vt laqueatis cruribus impediant gradi=
endi facultatem. nam elephanti preuēti hac ſpi=
rarum mora vel arboribus ſe vel ſaxis applicāt/
vt niſu ac pondere attritos necent angues. dimi=
cationis precipua cauſa eſt/ꝙ elephantis(vt aiūt)
frigidior ineſt ſanguis. et ob id a draconibus aui=
diſſime torrente captantur eſtu. deniq; nunq̄ in=
uadunt niſi potu grauatos: vt venis propenſius
irrigatis maiorem ſumant de oppreſſis ſacietatē.
Nec aliud magis q̄ oculos petunt quos ſolos ex=
pugnabiles ſciunt. vel interiora aurium. ꝙ is tā=
tum locus defendi nō poteſt. itaq;( cum ebiberūt
ſanguinem)dum ruunt belue/dracones obruun=
tur. ſic vtrinq; fuſus cruor terrā imbuit. fitq; pig
mentum quidquid ſoli intinxerit/quod cinnaba=
rim vocant. Elephantos italia anno vrbis condite
quadringēteſimo ſeptuageſimo ſecūdo/ ī lucanis

primum bello epirotico vidit. et boues lucas īde dixit. Ceſarienſi colonie ceſarea ïeſt a diuo claudio deducta. bocchi prius regia / poſtmodum iube indulgentia. po. ro. dono data. Ineſt et oppidū ſiga / quod habitatū ſyphati fuit. Nec ab hycoſio taciti recedamus. hercule enim illac trāſeūte viginti qui a comitatu eius deſcinerant! locum deligunt. iaciunt menia. ac( ne quis īpoſito a ſe nomine priuatim gloriaretur) decondentiū numero vrbi nomen datum;

Capilum xxx. de numidia. in ea de urſis;

Vod eſt a flumine ſiga! numidie datur. Huius incole q̃diu errarunt pabulationibus uagabundis! nomades dicti ſunt. Vrbes in ea plurime nobileſq;. ſed crita eminet. dehinc vili purpurario fuco tyriis velleribus cōparate. Omnis hec regio finibus in ſeugitactum limitē deſinit. qua parte ſilueſtris eſt! feras educat. qua iugis ardua eſt! equos alit. eximio etiam marmore predicatur; Numidici vrſi ceteris preſtant rabie dūtaxat et villis profundioribus. Nam genitura par ē quoquo loco genitis eā protinus dixero. Coeunt nō itidem quo quadruedes

59.

alie. ſed apti amplexibus mutuis velut humanis cōiugationibus copulantur. deſiderium veneris hiems ſuſcitat. ſecreti honore reuerentur mares grauidas. et ī iiſdem licet foueis partitis tamē per ſcrobes ſecubationibus diuiduntur. Lucine illis properatius tempus eſt. quippe vterū triceſimus dies liberat. vnde euenit / vt precipitata fecūditas informes creet partus. carnes paucillulas edunt. quibus color candidus. oculi nulli. et de feſtina ī=maturitate tantum rudis ſanies exceptis vnguiū lineamentis. has lambando ſenſim figurāt. et in=terdum appectoratas fouent. vt aſſiduo incubitu calefacte animalem trahant ſpiritum. Interea ci=bus nullus ſane diebus primis quattuordecim. Matres in ſomnum ita concidunt / ut nec vulne=ribus excitari queant. Enixe quaternis latēt mā=ſibus. mox egreſſe in diem liberum tantam pati=untur inſolentiam lucis / vt putes obſitas cecita=te. Inualidum vrſis caput. vis maxima ī brachi=is et in lumbis. vnde interdum poſticis pedibus inſiſtunt. Inſidiantur aluearibus apium. maxi=me fauos appetūt. nec auidius aliud ꝙ mella cap=tant. Cum guſtauerīt mandragrore mala moriū=tur. ſed eunt obuiam / ne malum in perniciē con=ualeſcat. et formicas vorant ad percipiendam ſa=

nitatem. Si quando tauros adoriūtur: ſciūt quibus potiſſimum partibus immorētur. nec aliud q̃ꝑ cornua aut nares petunt. cornua / vt pondere defatigentur. nares / vt acrior dolor ſit in loco teneriore. Marco meſſala conſule lutius domitius enobarbus curulis edilis vrſos numidicos centū et totidem ethiopas venatores in circo romano edidit. idq; ſpectaculum īter memorabiles titulos adnotatur;

Capitulum xxxi. de africa. ī qua de cirenaica regione. de cartagine. de leonibus. de ſerpentū ſpeciebus diuerſis. de gemma heliotropio. de pſyllis. de lapide maſamonite. de āmone lapide. de arbore melopode. de arbore laſere. de baſiliſco ſerpēte. de ſimiarū ſpeciebus diūſis;

Mnis africa a zeugitano pede incipit. promuntorio apollinis ſardinie cōtrouerſa. promuntorio mercuri procedens in frontem ſicanam. proinde extēta in duas prominentias. quarum altera promūtorium candidum dicitur. altera que eſt in cirenaica regione ſicuntem vocant. ea per ſinum creticum oppoſita crete inſule contra tenarum laconice excurrit a=

renis catabathii egypto inſinuta. cui proximi ci=
renenſes. extenditur inter duas ſyrtes. quas in=
acceſſas vadoſum ac reciprocum mare efficit. cu=
ius ſali defectus vel incrementa haud promptũ ẽ
deprehendere. ita incertis motibus nunc ĩ breuia
recidit dorſuoſa. nunc inundatur eſtibus inqui=
etis. vt varro autor eſt / perflabilem ibi terrã vẽ=
tis penetrantibus ſubitam vim ſpũs citiſſime aut
reuomere maria aut reſorbere. omnis hec plaga
ab ethiopia et terminis aſie nigri flumine qui ni=
lum parit ab hiſpania freto ſcinditur. latere quod
ad meridiem vergit / fontium inops eſt. et ĩfamis
ſiti altrinſecus qua ſeptentrionem patitur / aqua=
rum larga. in agro biſaceno qui patet paſſuũ du=
centis vel amplius milibus glebis ita prepĩguis /
vt iacta ibi ſemina cum incermento centeſime fru
gis renaſcantur. Externos ibi plurimos conuẽn=
taſſe argumentum de vrbibus et locis dabimus.
Borion promuntoriũ quod aquilone ceditur gre
ci adriene ſic vocauerunt. hipponem regiũ poſtea
dictum. item hipponem alterum / de interfluen=
ti freto diarchitum nũcupatum. nobiliſſima op=
pida equites greci condiderunt. elipeam ciuitatẽ
ſiculi extruũt. et aſpida primum nominant. vene
riam etiam ĩ qua veneris erycine religiones trã=

ſtulerunt. achei tripolim lingua ſua ſignāt de vr=
bium trium numero / id eſt oa / eſa / bratea. phile=
nis fratribus a laudis cupidine graium vocamen
datum. adrimeto atq; cartagini autor eſt tiro po=
pulus; Sed que ſuper cartagine veraces libri
prodiderunt hoc loco reddam. Vrbem iſtam( vt
cato in oratione ſenatoria autumat) (cum rex la=
pon rerum in libia potiretur) eliſſa mulier extru
xit. domophenix et cartadam dixit. quod pheni=
cum ore exprimit ciuitatem nouam. mox ſermo=
ne verſo in morem punicum! et hec eliſſa et illa
cartago dicta eſt. que poſt annos ſeptingentos tri
ginta ſeptem exciditur q̃ꝫ fuerat conſtituta. dein=
de a. gn. graccho colonis italicis data. et iunonia
ab eo dicta. aliquantiſper ignobilis humili et lan=
guido ſtatu. demum in claritatem ſecunde carta=
ginis interiectis centum duobus annis. m. anto=
nio. p. dolabella conſulibus enituit. alterum poſt
vrbem romam terrarum decus; Verū vt ad
africam redeam! ipſa ſuo cingitur angirio. Inter=
na eius plurime quidem beſtie / ſed principaliter
leones tenent. Qui(vt ariſtoles perhibet) ſoli ex
eo genere quod dentatū vocant / vident protinus
atq; naſcūtur. horum tripharia genus ſciditur.
Nam breuiores et iubis criſpi! plerumq; ignaui

ſunt et imbelles. lõgiores et coma ſimplici/acres
magis ac potentes. at ii quos creant pardi/ĩ ple=
be remanẽt. iubarum inopes. pariter omnes par=
cunt a ſagina. primum ꝙ alternis diebus potũ /
alternis cibum capiunt. ac frequenter (ſi digeſtio
non eſt inſecuta) ſolite cibationi ſupponunt diẽ.
tum ꝙ carnes iuſto amplius deuoratas (cum gra
uantur) inſertis in ora vnguibus ſponte protra=
hunt. ſane et (cum fugiendum eſt) in ſacietate idẽ
faciunt. Senectam defectio probat dentium. Nã
clementie indicia multa ſunt. Proſtratis parcũt.
in viros potius q̃ in feminas ſeuiunt. ĩfantes (nõ
niſi magna fame) perimũt. nec a miſericordia ſe=
parantur. aſſiduis deniq; exẽplis patet eos peper=
ciſſe/ cum multi captiuorũ aliquot leonibus ob=
uii intacti repatriauerint. Getule etiam mulieris
nomen iube libris conprehenſũ eſt. que obteſtata
occurſãtes feras/immunis rediit. Auerſi coeũt. =
nec hi tantum/ ſed et linces et cameli et elephan
ti et rhynocerontes et tigrides. Lene fetu primo
catulos quinq; edunt. deinde per ſĩgulos partus
numerum dequoquunt annis inſequentibus. ſed
poſtremo (cum ad vnum materna fecunditas re=
cidit) ſterileſcunt in eternum. Animos leonũ frõs
et cauda indicant. ſicut motus equini de auribus.

intelligũtur. dedit enim has notas generoſiſſimo cuiq; natura. Vis ſumma in pectore eſt. firmitas in capite precipua. Cum premũtur a canibus cõtempti recedunt. ſubſiſtenteſq; interdum ancipiti receſſu diſſimulant timorem. idq; agunt / ſi in cãpis nudis ac patentibus vrgeantur. nam ſiluestribus locis ( quaſi teſtem ignauie non reformidẽt ) quanta poſſunt ſe fuga protrahunt. Cũ inſequũtur / niſum ſaltu adiuuant. cum fugiunt / non valent ſalire. gradientes mucrones vnguium vaginis corporum claudunt. ne acumina attritu retũdantur. hoc adeo cuſtodiunt vt non niſi aduerſis falculis currant. Septi a venantibus obtutu terrã contuentur. quominus conſpectis venabulis terreantur. nunq̃ limo vident minimeq; ſe volũt aſpici. Cantus gallinaceorũ et rotarum timent ſtrepitus. ſed ignes magis ; Leontophanas vocari accepimus beſtias modicas. que capte exurũtur / vt earum cineris aſpergine carnes pollute iacteq; per compita concurrẽtium ſemitarum leones necent. ſi quantulũcumq; ex illis ſumpſerint. propterea leones naturali eas premunt odio. atq;(vbi facultas data eſt) morſu quidem abſtinẽt. ſed dilaniatas exanimant pedum niſibus. Spectaculũ ex his primus rome edidit ſceuola publii filius ĩ

que(cum ſpina riget) collū continua vnitate flecti nequit/ niſi toto corpore circumacto. multa de ea mira. primum ꝙ ſequitur ſtabula paſtorum. et auditu aſſiduo addiſcit vocamē quod exprimere poſſit imitatione vocis humane. vt in hominē aſtu accitū nocte ſeuiat. vomitus quoqȝ humanos mentitur. falſiſqȝ ſingultibus ſollicitatos ſic canes deuorat. qui( forte ſi venantes vmbram eius dū ſequūtur contigerunt) latrare nequeunt voce perdita. eadem hyena inquiſitione corporum ſepultorum buſta eruit. preterea pronius eſt marē capere. feminis enim īgenita eſt callidior aſtutia. Varietas multiplex īeſt oculis. colorumqȝ mutatio. in qnorum pupillis lapis inuenitur. quē hyenium dicunt. preditum illa poteſtate/ vt cuius hominis līgue fuerit ſubditus/ predicat futura. verum hyena quodcumqȝ animal ter luſtrauerit/ mouere ſe non poteſt. quapropter magicam ſciētiam īeſſe ei pronunciauerūt; In ethiopie parte coit cum leena. vnde naſcitur monſtrum cui corocote nomē eſt. voces hoīnū et ipſa pariter affectat. nūꝙ cohibet aciē orbium. ſed ī obtutū ſine nitatione contendit. in ore gingiua nulla. dens vnus atqȝ perpetuus. qui(vt nunꝙ retūdatur) naturaliter capſularum modo clauditur; Inter=

ea que dicunt herbatica eadem africa onagros ha=
bet. in quo genere ſinguli īperitant gregibus fe=
minarum. emulos libidinis ſue metuunt. inde ē
ꝙ grauidas ſuas ſeruant! vt expoſitos mares( ſi
qua facultas fuerit) truncatos morditus priuent
teſtibus. quod cauentes femine / in ſeceſſibus par
tus occulunt ; Africa ſerpentibus adeo fecū=
da eſt! vt mali huius merito illi potiſſimum pal=
ma detur. Ceraſte preferunt quadrigemina cor=
nicula. quorum tentatione veluti eſca illecte ſol=
licitatas aues perimunt. nam reliqua corporis de
induſtria arenis tegunt. nec vllum indicium ſui
prebent. niſi ex ea parte que inuitatis dolo paſti=
bus necem prepetim aucupentur. Amphiſibena
conſurgit in caput geminū. quorum alterum lo=
co ſuo eſt. alterum in ea parte qua cauda. que cau
ſa efficit! vt capite vterꝗ ſexus nitibundo ſerpat
tractibus circulatis. Iaculi arbores ſubeūt. e qui
bus vi maxima turbinati penetrant animal quod
cunꝗ obuium fortuna fecerit. Scytale tanta re=
fulget tergiuarietate / vt notarum gratia vidētes
retardet. et( quoniam reptando pigrior eſt) quos
aſſequi nequit miraculo ſui capiat ſtupētes. ī hoc
tamen ſquamarū nitore hiemales exuuias prima
ponit. Plures diuerſeꝗ aſpidum ſpecies. Dipſas

ſiti interficit. Hipnale (quod ſompno necet) teſte etiam cleopatra emitur ad mortem. Aliarum viruſ (quoniā medelas admittit) minus fame meretur. Hemorrois morſu ſanguinem elicit. et diſſolutis venarū cōmertiis quidquid anime eſt! euocat per cruorē. Preſter quē percuſſerit! diſtēditur. enormiq; corpulentia necatur extuberatus. Ictus ſepi ū putredo ſequitur. Sunt et ammodite. eſt et ceuchris. et elephancie. echerſidri. chameſdracones. poſtremo quātus nominū / tantus mortiū numerus. Nam ſcorpiones ſcinci lacerteq; vermibus / nō ſerpētibus adſcribūtur. Monſtra hec (ſi bibāt) clemētius feriūt. habent affectus. non temere niſi cōiuges euagātur, capto altero vel occiſo! vter ſuperfuerit efferatur. ſubtiliora ſūt capita feminis. alui tumidiores. peſtis nocētior. maſculus equaliter teres eſt. ſublimior etiam. mitiorq;. Igitur anguibus vniuerſis hebes viſus eſt. raro in aduerſū contuentur. nec fruſtra. cum oculos non ī fronte habeant / ſed in temporibus. adeo vt citius audiāt quam aſpiciant; De gemma heliotropio inter ethyopiam / africam / cyprū certamen fuit! quenā mitteret generis huius eminētiſſimā. deprehenſumq; eſt documentis plurimis ethyopicam aut lybicam palmam tenere. viridi colore eſt. nō ita acuto / ſed

nubilo magis et repreſſo . ſtellis puniceis ſuper-
ſperſa. cauſa nominis de effectu lapidis eſt et po-
teſtate . deiecta in labris eneis radios ſolis mutat
ſanguineo repercuſſu. extraq; aquam ſplendorem
eius abiicit et auertit. etiam illud poſſe dicitur / vt
herbe eiuſdem quo eſt nominis mixta et precanta
tionibus legitimis cōſecrata / eum a quocūq; geſta
bitur / ſubtrahat viſibus obuiorū ; Inter ſyrteſ
q̃uis terra pergentibus / iter ſideribus deſtinatur
nec aliter curſus pateſcit. nā putris ſoli faciē aura
mutat. et minimo licet vēto tantam diuerſitatem
flatus efficit / vt ſubinde peruerſis ſitibus locorū
nulla indicia agnitioni relinquātur. cū modo que
fuerāt tumulis ardua / īualles reſident. modo que
vallibus preſſa congeſtu pulueris aggerentur. ita
etiam continens naturam maris ſui patitur. nec
intereſt vbi potius ſint procelle . cum ad excitiū
viantiū elementis congruentibus in terris flabra
ſeuiant. in mari terre. vtreq; ſyrtes ducētis quī-
quaginta milibus paſſuū ſeparantur. aliquādo cle
mentior que minor ē . gneo deniq; ſeruilio / gneo
ſempronio cōſulibus inter hec vadoſa claſſem ro-
manam impune accepimus perfretaſſe. in hoc ſi-
nu mene inſula poſt mynturnenſes paludes gneo
mario fuit latebra ſupra garamantas ; Pſylli

fuerũt contra noxiũ virus muniti incredibili cor=
poris firmitate. ſoli morſibus anguiũ nõ interibãt
et q̃uis dente letali appetiti / ĩcorrupta durabant
ſanitate. recens etiam editos ſerpẽtibus offerebãt/
ſi eſſent partus adulterini . matrũ crimina plecte=
bãtur interitu paruulorũ. ſi pudici / probos ortuſ
a morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatur.
ſic originis fidem probabant venenis indicãtibuſ.
ſed hec gens ĩteriit a naſamonibus capta. nec quic=
q̃ aliud preter opinionem de veſtigio nominis ſui
pſylli reliquerũt ; Naſamoniten lapidem naſa=
mones dant ſanguineum. vniuerſum nigris venu
lis adumbratum . in intimo receſſu ſyrtis maioriſ
circa philenorum aras lothofagos fuiſſe dicimus.
nec incertum ẽ . a phillenorum aris nõ procul pa
lus eſt. quã triton amnis interfluit. vbi ſpeculatã
ſe artium deam crediderunt . Maior ſyrtiſ oſtẽtat
oppidum. cyrenas vocant. quod bacchius lacede
monius olympiade quinta et quadrageſima rege
martio res romanas tenẽte anno poſt troiam cap=
tã quĩgẽteſimo octogeſimo ſexto condidit . que do
mus calliuiaci poete fuit et pr͞ia ; Inter hoc op
pidum et templum ammonis milia paſſuũ trecẽta
ſũt. Templo fons proximat ſoli ſacer . qui humo
ris nexibus humũ ſtringit . fauillam etiam in ce=

ſpitem ſolidat . in qua gleba non ſine miraculo ſu
cus emicat vndiq; ſecus agris arentibus . Illic et
lapis legitur . āmonis vocant cornu . nam ita tortu
oſus eſt et inflexus / vt effigiē reddat cornu arieti
ni . fulgore aureo eſt . prediuina ſomnia repreſen=
tare dicitur ſubiectus capiti incubantiū ; Et ar
bor eſt melopos nomine . ex qua profluit lentus
humor / quem a loco ammoniacum nominamus ;
Apud cyrenenſes preterea ſyrpe gignitur . odo
ratis radicibus virgulto herbido magis q̄ arbuſto
cuius eculmo exſudat ſtatuto tempore pingue ro
ſcidum . idq; paſcentiū hircorum inheret barbulis .
vbi cum arefactum inoleuit guttis ſtiriaceis legi=
tur ad vſum menſarū . vel medele magis . dictum
eſt primū lac ſyrpicū . quoniā manat in modū lac=
teū . deīde vſu deriuāte / laſer nominatur . que ger=
mina initio barbarice impreſſionis vaſtatis agris
poſtea ob ītolerandā vectigalis nimietatē ferme pe
nitus ipī accole eruerunt . cyrenis ab leua africa
eſt . ab dextera egyptus . a fronte ſeuū et importuo
ſū mare . a tergo barbarorū varie nationes ; Et
ſolitudo inacceſſa que baſiliſcum creat / malum in
terris ſinglāre . ſerpens eſt pene ad ſemipedem lō=
gitudinis . alba quaſi mitrula . lineatus caput . nec
hominis tātū vel aliorū animātiū exiciis datus /

ſed terre quoqꝫ ipſius quā polluit et exurit vbicū=
qꝫ ferale ſortitur receptaculū. deīde extinguit her
bas. necat arbores. ipſas etiam corrumpit auras.
ita vt in aere nulla alitum impune trāſuolet infec
ta ſpiritu peſtilenti. cū mouetur! media corporis
parte ſerpit. media arduus ē et excelſus. ſibilum
eius etiam alii ſerpentes perhorreſcunt. et cū acce
perunt fugā queque! quoquo poteſt properant.
quidpuid morſu eius occiderit! non depaſcitur fe
ra. nō attrectat ales. muſtelis tamen vīcitur. quas
illic homines inferūt cauernis ī quibus deliteſcit.
vis tamē ne defuncto quidem deeſt. deniqꝫ baſili=
ſci reliquias amplo ſeſtertio pergameni compara
uerunt. vt edem apollinis manu inſignem / nec
aranee intexerent / nec alites inuolarent. cadauer
eius reticulo aureo ſuſpenſum ibidem locauerūt
circa extimū ſyrtiū cornu. beronicē ciuitatem allu
it lethon amnis inferna (vt putant) exundatione
prorūpens. et apud priſtinos vates! latice memo=
ratus obliuionis. hanc beronice muniuit que pto
lomeo tercio fuit nupta. et ī maiori ſyrti locauit;

Omne autē latiſſundū quod īter egyptū / ethi
opiam / lybiamqꝫ diffunditur quacūqꝫ lucis opacū
eſt! variū impleuit ſimiarū genus. nec quiſqꝫ offē
ſus nominū cognitione grauetur. eīmuero opere

preciũ ē nichil omittere ī quo nature ſpectanda ſit prouidentia . Plebes ſimiarũ in iis eſt quas paſſi videmus / non ſine ingenio emulãdi. quo facilius in manus veniũt. nã dum auide venãtiũ geſtus af fectant / relicta conſulto viſci vnguilla (quod mẽda tio factũ vident) oculos ſuos oblinũt. ita viſu ob= ducto pronũ eſt eas corripi. exultant noua luna. triſtes ſunt cornuto et concauo ſidere. immodera te fetus amant. adeo ut catulos facilius amittant quos impendio diligũt. et ante ſe geſtant. quoniã neglecti pone matrem ſẽper herent. Cercophitici caudas habent. hec ſola diſcretio ē inter prius dic= tas. Cynocephali et ipſi ſunt e numero ſimiarũ. ī ethyopie partibus frequẽtiſſimi. violẽti ad ſaltũ. feri morſu. nũꝙ ita manſueti / vt non ſint magis rabidi. Inter ſimias habentur et ſpĩges villoſe co mis. mãmis prominulis ac profundis. dociles ad feritatis obliuionẽ. Sunt et quas vocant ſatyros. facie admodũ grata. geſticulatis motibus inquie= te. Callitrices toto pene aſpectu a ceteris differũt in facie barba eſt . lata cauda . has capere non eſt arduũ. ſed proferre rarum. neqꝫ enim viuũt in al tero ꝙ in ethyopico / hoc eſt ſuo celo ;

Capitulũ xxxii. de amãtibus. de fonte mirabili.

de garamātibus. eorū armētis. de inſula galloes ;

Nter naſſamones et trogoditas gēs amā
tum ē que ſalibus domos extruūt. quos
ī modū cautiū e montibus excitatos! ad
vſum edium cementiciis nectunt ſtruitionibus. tā
ta ibi huiuſce vene copia eſt! vt tecta faciant e ſali=
nis. hi amantes ſunt. qui cōmerciū cum troglodi=
tis habēt. carbunculi gemme citra amantes propi
ores. naſſamonibus aſbyte. laſſere viuūt. hoc alun
tur. hoc illis dulce eſt; Garamātum oppidum
eſt debris. fonte miro qui alternis vicibus die fri=
geat. nocte efferueat. ac per eadē venarū cōmercia
īterdū ignito vapore ineſtuet / īterdū glaciali algo
re īhorreſcat. īcredibile memoratu. vt tā breui cur
riculo natura tam diſſonam ſui faciat varietatem.
Idq; qui percōtari velit! tenebris ineſſe fluori illi
eternam facem credat. qui rimetur die brumales
ſcatebras. nunq̄ aliud eſtimet q̄ perpetuo rigere.
vnde non īmerito per gentes debris inclita eſt. cu
ius aque celeſti vertigine mutant qualitatem. quā
uis cōtrouerſa ſiderū diſciplina. nam(cū mūdum
a calore veſper temperet)ab occaſu ita incipit inca
leſcere! vt in tactu abſtineas. noxiū ſit contigiſſe.
rurſum(cum ortus ſolis incaluit/et radiis ferue=

facta ſunt vniuerſa) ſic hiemales euomit ſcaturigi
nes / vt fluorē ſuū prohibeat hauriri. quis igitur
non ſtupeat fōtem qui friget calore. calet frigore?
Garamantice regionis caput garama ē. ad quā
iter diu īextricabile fuit et inuium. nam latrones
puteos arenis operiebant. vt temporaria fraude
ſubductis aquis iter infame ſiti ſubmoueret acceſ=
ſus viantiū. ſed veſpaſiano principe bello quod cū
ocenſibus geſtum eſt difficultas hec diſſoluta eſt /
compendio ſpacii breuioris reperto. garamantas
cornelius balbus ſubegit. et primus ex hac victo=
ria triūphauit. primus ſane de externis vtpote ga
dibus genitus acceſſit ad gloriā nominis triūpha=
lis; Armenta gentis iſtius obliquis ceruicibus
pabulātur. nam (ſi recta ad paſtum ora dirigant)
officiūt prona ad humū cornua et obnixa; Ex
parte qua certina eſt accepimuus galloen inſulam
in qua ſerpens neq; naſcitur / neq; viuit inuecta.
preterea iactus ex ea quocūq; gentiū puluis / arcet
angues. ſcorpiones ſuperiactus ilico perimit;

Capitulū. xxxiii. de ethiopibus eorūq; variis nati
onibus. de hoībus mōſtruoſis. de draconibus. de
lapide qui draconcias dicitur. de camelopardali.
de ceffis. de rinoceronte. de cathobleman. de for=

micis.de lychaone.de parādro. de lupis.de hiſtri=
ce.de pegaſo.de tragopa.de cīnamo. de hiacintho.
de chriſopaſſis.de emathite;

Thiopes et gētes athlantice nigri flumi
ne diuidūtur quem partem putant nili.
ſic papiro viret.ſic calamo pretexitur.a=
nimalia eadē edit.iiſdem temporibus exundat.in=
tra ripas quoq; tūc redit!cū cōtentus eſt alueo ſuo
nilus. Garamantici ethyopes matrimonia priua=
tim neſciūt.ſed vulgo omnibus in venerem licet.
inde ē q filios matres tātū recognoſcūt. nam pa=
terni nominis nulla reuerentia eſt. quis eīn verū
patrem nouerit in hac luxuria inceſti laſciuientis?
eapropter garamātici ethiopes inter omnes popu
los degeneres habentur.nec īmerito. quia afflicta
diſciplina caſtitatis ſucceſſionis noticiā ritu impro
bo perdiderunt. Nomen ethiopum late patet in
parte africana qua meroen videt libia. plurime
eorū ſūt et varie nationes. Harū enumero noma
des cynocephalorū lacte viuūt. Serbote lōgi ſūt
ad pedes duodecim. Azachei captos venatibus
elephātos deuorant. Apud pſambares nulla ē au
rita quadrupes. ne elephanti quidē. hiſ proximi
ſūmā regie poteſtatis cani tradunt. de cuius moti

bus quiddam imperite augurantur. Maritimos ethiopas quaternos oculos dicũt habere. ſed fides alia eſt. illa deniq;/ꝙ et vident plurimũ. et mani=feſtiſſime deſtinant iactus ſagittarũ. Occidentem verſus agriofagi tenent/ qui ſolas pãtherarum et leonũ carnes edunt. rege prediti/cuiuſ ĩ frõte oculus vnus eſt. Sunt et panfagi/quibus eſca ẽ quid quid mandi poteſt et õnia fortuitu gignentia. Sũt et anthropofagi quorũ morẽ vocamen ſonat. Cy=nomolgos aiũt habere caninos rictus. et promini la ora. Artabatite proni atq; quadrupedes. nec ſe=cus ac fere ſine ſedibus euagãtur. confines mauri tanie. certo tempore locuſtas terreſtres legunt. du rataſq; ſalſugine in preſidiũ vite ſolas habent. ſed ex illis quadrageſimũ cui annũ nullus ſupergre=ditur. ab oceano iſto vſq; ad meroen(quã inſulã ã=plexu primo nilus facit)milia paſſuũ ſunt ſexcẽta viginti. Vltra meroen ſuper exortũ ſolis macro bii ethiopes vocantur. dimidio enim eorũ proten ſior ꝙ̃ noſtra vita eſt. hi macrobii iuſtitiam colunt et amant equitatem. plurimũ valẽt robore. preci=pue decẽti pulchritudine. ornantur ere. auro vin cula faciũt noxiorũ. locus apud eos helyntrapeza eſt opiparis epulis ſemper refertus/ quibus indi ſcretim omnes veſcuntur. nam etiã diuinitus eas

augeri ferunt. Eſt etiam ibidem lacus/ quo perfu
ſa corpora velut oliuo niteſcunt. ex hoc lacu potuſ
ſaluberrimus.ſane adeo liquidus eſt! vt nec cadu=
cas quidem vehat frondes. ſed ilico folia lapſa ad
fundū demittat/laticis tenuitate. vltra hos deſer=
te et inhumane ſolitudines aduſq; arabicos ſinus;
Deinde in vltimis orientis monſtruoſe gentiū
facies.alie ſine naribus. equali totius oris planici
e.informes habent vultus. aliis concreta ora ſūt.
modicoq; tantum foramine calamis auenarum pa
ſtus hauriūt.nōnulle linguis carent in vicem ſer=
monis vtētes nutibus motibuſq;. quedam ex iſtis
nationibus ante ptholomeū lathyrū regem egyp=
ti incognitū habuerūt ignis vſum. Ethyopia om=
nis ab oriente hiberno ad occidentē hibernū tenet
quidquid eius eſt! ſub meridiano cardine lucis ni
tet/qui maxime virent hyeme.a meridiana parte
mons editus mari imminet/īgenuo igni per eter=
nū feruidus et inquiete iugis flagrantibus. inter
que incendia iugis eſtus; Draconū magna co=
pia.porro veris draconibus ora parua.et ad mor
ſus dehiſcentia.ſed arcte fiſtule quas trahant ſpiri
tus et linguas exerāt. quippe non ī dentibus vim
ſed in caudis habent.et verbere potius q̃ rictu no
cent; Exciditur e cerebris draconū draconcias

lapis.ſed lapis nō eſt/niſi detrahatur viuentibus.
nā ſi obeat prius ſerpens! cū anima ſimul euane=
ſcit duricies ſoluta. vſu eius orientis reges preci=
pue gloriantur. q̄ꝙ nullū lenocinium admittat.
artis ſoliditatē et quidquid in eo nobile ineſt! non
manus faciūt.nec alterius q̄ꝑ nature cādor ſit quo
reluceat. autor ſotagus gemmā etiam hanc viſam
ſibi ſcribit. et quibus intercipiatur modis edocet.
preſtantiſſimi audacia viri explorant anguiū foue
as et receptus.inde preſtolati ad paſtum exeunteſ
preteruectiq; percitis curſibus obiiciunt gramina
medicata/ quātum poteſt ad īcitandum ſoporem.
ita ſomno obſopitis e capitibus exſecāt lapides.et
de manubiis precipitis auſi predā reuehunt teme
ritatis. Que locorum ethyopes tenēt!feris plena
ſunt; Equibus quā nabun vocant!nos camelo
pardalim dicimus. collo equi ſimilem. pedibus
bubulis.capite camelino.candidis maculis.nitore
rutilo. albis maculis ſuperſperſa. animal hoc ro=
me circenſibus dictatoris ceſaris primū publica=
tum.iiſdem ferme tēporibus illic exibita monſtra
ſunt; Ceffos appellant quorum poſteriores pe=
deſ crure et veſtigio humanos artus mentiuntur.
priores perinde hominū manus referunt. que ta
men a noſtris nō āplius q̄ꝑ ſemel viſa ſūt; An=

te ludos. gn. pompeii rhynocerotem romana ſpec
tacula neſciebant. cui beſtie color buxeus. in nari=
bus cornu vnicum et repandū. quod ſubinde at=
tritum cautibus/in mucronem excitat. eoq; aduer
ſus elephantos preliatur. par ipſis longitudine.
breuior cruribus. naturaliter aluū petens/quam
ſolam intelligit ictibus ſuis peruiam; Iuxta ni
grim fluuiū catobleban naſcitur/ modica atq; īers
beſtia. caput pregraue egreferens. aſpectu peſtilen
ti. nā qui oculos eius offēderint/ protinus vitam
exeūt; Formice ibi ad formā canis maximi are
nas aureas pedibus eruūt/ quos leoninos habent
quas cuſtodiūt ne quis auferat. captanteſq; ad ne
cem perſequūtur; Eadē ethyopia mittit lycha
onem. lupus ē ceruicem iubatus. et tot modis va=
rius/ vt nullū colorē illi dicant abeſſe; Mittit
et parandrū boum magnitudine. hiulco veſtigio.
ramoſis cornibus. capite ceruino. vrſino colore.
et pariter villo profūdo. hunc parandrū affirmāt
habitum metu vertere. et(cum deliteſcat)fieri aſſi
milē cuicūq; rei proximarit. ſiue illa ſaxo alba ſit.
ſeu fructecto virens. ſiue quam aliā preferat qua=
litatem. Faciunt hoc idem in mari polipi. in terra
cameleōtes. ſed et polipus et cameleō glabra ſūt.
vt pronius ſit cutiſ lenitatem proximantia emula

ri. In hoc enī nouū eſt ac ſingulare/ hirſutiam pi=
li colorum vices facere. hinc euenit/ vt difficulter
capi poſſint; Ethiopicis lupis propriū eſt/ ꝙ ī
ſaliendo ita niſus habent alitis/ vt non magis pro
ficiant curſu ꝙ̄ meatu. homines tamen nūꝙ̄ impe
tunt. bruma comati ſūt. eſtate nudi. theas vocāt;
Hyſtrix quoq; inde loci frequētiſſima. erinaciiſ
ſimiliſ. ſpinis tergū hiſpida. quas plerūq; laxataſ/
iaculatione emittit voluntaria. vt aſſiduis aculeo=
rū nimbis canes vulneret ingruenteſ. Illius celi
eſt pegaſus. ſed hec ales equinū nichil preter au=
res habet; Tragopan quoq; auis. maior aqui=
lis. cornibus arietinis/ preferens armatū caput;
Ethiopes legunt cinnamū. id fructectū ſitu bre
ui naſcitur. ramo humili et repreſſo. nūꝙ̄ vltra
duas vlnas altitudinis. quod gracilius prouene=
rit/ eximium magis ducitur. quod in craſſitudine
extuberatur/ deſpectui eſt. verum legitur per ſa=
cerdotes. hoſtiiſ prius ceſis. que cum litauerint/
obſeruatur/ vt meſſis nec ortū ſolis anticipet/ nec
egrediatur occaſum. quiſquis principatum tenet/
ſarmentorū aceruos haſta diuidit que ſacrata eſt ī
hoc miniſterio. atq; ita portio manipulorū ſoli di=
catur. que ſi iuſte diuiſa eſt/ ſpōte īcēditur; In=
ter ea que diximus nitore ceruleo hiacinthus īue=

nitur lapis precioſus. ſi quidem inculpabilis repe
riatur. eſt enim viciis non parce obnoxius. nam
plerũq; aut violaceo diluitur. aut nubilo obduci=
tur. aut albicantius in aquaticum eliqueſcit. opti=
mus in illo tenor / ſi nec denſiore fuco ſit obtun=
ſior. nec propenſa perſpicuitate detectior. ſed ex v=
troq; temperamẽto lucis et purpure fucatum ſua
uiter florem trahat. hic eſt qui ſentit auras et cum
celo facit. nec equaliter rutilat. cum aut nubiloſus
eſt aut ſerenus dies. Preterea ĩ os miſſus / magis
friget. ſculpturis certe minime accõmodatus. vt
qui tritum reſpuat. nec tamen penitus inuictus ẽ
nã adamante ſcribitur et notatur; Vbi hiacin=
thus / ibi et chriſopaſſus apparet. quem lapidem
lux celat. prodũt tenebre. hec enĩ eſt in illo diuer=
ſitas / vt nocte igneus ſit. die pallidus; Ex ipſo
ſolo ſumimus emathitẽ. rubore ſãguineo. ac pro=
pterea emathitem vocatum;

Capitulum. xxxiiii. de intimis libie admodũ mira
bilibus gẽtibus. de lapide exacontalithon;

Vod ab athlante adviſq; canopitanũ oſti
ũ panditur (vbi lybie finis eſt et egyptiũ
limen) dictũ a canopo menelai guberna

tore ſepulto in ea inſula que oſtium nili facit! gen
tes tenēt diſſone / que in auie ſolitudinis ſecretum
receſſerūt. Ex his athlantes ab humano ritu prorſus exulāt. nulli propriū vocabulū. nulli ſpeciale
nomen. diri ſolis ortus excipiūt. diri occaſus proſequūtur. vſtiq; vndiq; torrentis plage ſidere. oderunt deum lucis. affirmant eos ſomnia non videre. et abſtinere penitus ab animalibus vniuerſis;

Trogodite ſpecus excauant. illis tegūtur. nullus ibi habēdi amor. a diuiciis / paupertate ſe abdi
cauerūt volūtaria. Tantū lapide vno gloriantur /
quem exacōtalithon nominamus. tam diuerſis notis ſparſum! vt ſexaginta gemmarū colores ī paruo orbiculo eius deprehendātur. homines iſti carnibus viuūt ſerpētum. ignariq; ſermonis. ſtridūt
potius q̄ loquūtur; Angile vero ſolos colūt īferos. feminas ſuas primis noctibus nuptiarū ad
ulteriis cogunt patere. mox ad perpetuā pudiciciā
legibus ſtrīgunt ſeueriſſimis; Gapharātes abſtinēt preliis. fugiūt cōmercia. nulli ſe extero miſceri ſinūt; Blemias credunt truncos naſci / parte
qua caput eſt. os tamen et oculos habere in pectore; Satyri de hominibus nichil aliud preferūt
q̄ figuram; Egipanes hoc ſunt quod pingi videmus; Humantopodes fluxis niſibus crurū

repunt potius q̃ incedunt. et pergendi vſū lapſu magis deſtinant q̃ greſſu; Pharuſi(cū herculi ad heſperias pergēti forent comites)itineris tedio hic reſederunt. Hactenus de lybia;

Capitulum.xxxv.de egypto.ī quo de nilo.de api boue.de crocodilis.de aue ſtiofilos.de delphībus. de ſcīcis.de hippothamis.de aue ibice.de ficu egiptia.de palma egyptia. de thebis egypti. de alexandria.de pyramidibus;

Gyptus a meridie ītrorſus recedit/quoad protendunt ethiopes.a tergo īferiorē eius partem nilus circūfluit. qui ſciſſuſ a loco cui delta nomen eſt ad īſule faciem ſpatia āplectitur interna. et īcerto pene fonte decurrens/ proditur vt loquemur. Originē habet a monte inferioris mauritanie qui oceano propīquat.hoc affirmant punici libri.hoc iubam regem accepimus tradidiſſe. igitur protinus lacum efficit. quē nilidem dicunt.nilū autē iam īde eſſe coniiciūt/q̄ hoc ſtagnū herbis/piſcibus/beluis/ nichilminus procreet q̃ ī nilo videmus. at ſiquādo mauritania vnde eius origo eſt/aut niuibus denſioribus/ aut imbribus largioribus irrigatur/ īcrementa exundati

onis ĩ egypto augẽtur. ſed effuſus hoc lacu areniſ ſorbetur. et cuniculis cecis abſconditur. deinde in ceſarienſi ſpecie prorumpens: ampliora eadẽ indicia prefert que ĩ exortu notauimus. rurſuſq; ſubſidet. nec ſe prius reddit q̃ poſt interualla itineriſ extremi cõtĩgat ethiopes. vbi exit et nigrĩ facit fluuium / quem ſupra diximus eſſe terminũ limitis africani. aſcapũ eum ĩdigene vocant. ſcilicet aquã e tenebris profluentem. multas magnaſq; ãbit ĩſulas. quarum plereq; ſunt tam diffuſe et vaſte magnitudinis: vt vix eas dierũ quĩq; curſus premeet q̃uis concitus ibi feratur. Nobiliſſima earum eſt meroe. circũ quã diuiſus dextero alueo aſtiſſapes: leuo aſtabores nominatur. tũc quoq; emẽſus magna / longinqua (cum primũ occurrentibus ſcopulis aſperatur) tantiſ agaminibus extollitur ĩter obiecta rupiũ: vt ruere potius q̃ manare credatur. demũq; a catharacte vltimo tutus eſt. ita enĩ quedam clauſtra eius egypcii nũcupant. relicto tamẽ haupone nomine quod gyris vocatur. mox inoffẽſus meat. ſeptem oſtiis conditur. in meridiem verſus excipitur egyptio mari. Ignari ſiderũ vel locorũ varias de exceſſibus eius cauſas dederunt. alii affirmant etherias nubiũ denſitatem illo cogere. vnde amnis hic auſpicatur. ipſumq; fontem humo

re ſupero agitatū tantam inundationis habere ſub
ſtātiam! quātum pabuli ad liquorem nubila ſub=
miniſtrauerint. ferunt alii! ꝙ ventorum flatibus
repercuſſus (cū fluorē ſolite velocitatis nō queat
promouere) aquis in arcto luctātibus ītumeſcat.
et ꝙ̄to iam impenſius controuerſi ſpūs repugna=
uerint! tāto excelſius ſublimari in altitudinis ver
ticis repercuſſam celeritatem. quando nec ſolitus
extenuet curſus alueū! et ſtipato iam flumine ve=
nis originalibus torrētiū pondera ſuperueniant.
ita concurrente violentia hinc vrgentis elementi!
hinc reſiſtentibus! vndis exultantibus molem col
ligi/que exceſſus facit. non nulli affirmāt! fontē
eius qui fialus vocatur ſiderum motibus excitari
extractūq; radiis candentibus celeſti igne ſuſpen=
di. nō tamen ſine certa legis diſciplina. hoc eſt lu=
niis ceptātibus. verum omnē excurſus originem
de ſole cōcipi. primoſq; fieri exceſſus tumoris. cū
per cancrum ſol vehatur. poſtmodum trigīta eiuſ
partibus euolutiſ(vbi! ingreſſus leonem ortus ſy
rios excitauit)propulſo omni fluore tantam vim
amnis erūpere. quod tempus natalem mūdi ſacer
dotes iudicauerunt. id eſt inter terciū decimū ka=
lendas auguſtas et vndecimū. deīde reuocare exi
tus vniuerſos/cum in virginē tranſeat. penituſq;

intra ripas ſuas capere/cum libram ſit ingreſſus. hoc etiam addunt/ parier eum nocere/ſiue abūdātius exeſtuet/ſiue parcius. quandoquidē exiguitas minimū apportet fecunditatis. propenſior copia diuturno humore culturam moretur. maximos deīde eius exitus cubitis duodeuiginti cōſurgere. iuſtiſſimos/ ſexdecim tēperari. nec in quīdecim ab eſſe prouētus fructuarios. quidquid ītra ſit/famē facere. dant illi etiam hoc maieſtatis/ vt portēdat futura. quandoquidem pharſalico bello nō fuerit egreſſus quīꝗ vlnas. Iam illud palam eſt. ꝙ ſolus nullas expiret auras. ex amnibus ditionis egyptie eē incipit aſyene/ī qua fines ethiopū. inde vſꝗ dum mari intimatur/ nili nomen tenet; Inter omnia que egyptus habet digna memoratu/ precipue bouē mirātur. apim vocant. hunc inſtar colūt numinis. inſignem albe note macula/ que dextero lateri eius ingenita corniculantis lune refert faciem. ſtatutum eui ſpaciū eſt. quod vt affuit/profūdo ſacri fontis immerſus necatur. ne diem lōgius trahat ꝙ̄ licebit. mox alter(nec ſine publico luctu) requiritur. quem repertum centū antiſtites memfin proſequūtur/ vt incipiat ibi ſacris iniciatus ſacer fieri. delubra quibus ſuccedit aut incubat/miſtice thalamos nominant. dat omnia manifeſtātia

de futuris. illud maximū: ſi de conſulentis manu cibū capiat. deniq̧ auerſatus germanici ceſaris dexteram: prodidit ingruentia. nec multo poſt ceſar extictus eſt. pueri apim gregatim ſequūtur. et repēte velut limphatici vētura precinūt. bos illi oſtēditur femina. in anno ſemel. et ipſa non abſq̧ certis inſignibus. que atq̧ iuēta et oblata eſt: eadem die neci datur. apis natalem memfitici celebrant iactu patere auree. quā proiiciūt ſtatī in nili gurgitē. hec ſolennitas per ſeptē dies agitur. quibus diebus cum ſacerdotibus quaſdem crocodrili inducias habent. nec attrectant lauātes. verū octauo die ceremoniis iam peractis. velut reddita ſeuiendi licentia ſolitam reſumūt atrocitatem; Crocodrilus malum quadrupes. et ī terra et in flumine pariter valet. linguā non habet. maxillam mouet ſuperiorem. morſus eius horribili tenacitate cōueniunt/ſtipante ſe pectinatim ſerie dentiū. plerumq̧ ad viginti vlnas magnitudinis eualeſcit. qualia āſeris edit oua. metatur locum nido naturali prouidentia. nec alibi fetus premit q̄ quo creſcentis nili aque nō poſſit peruenire. ī partu fouendo mas et femina vices ſeruāt. preter hiatū oris. armatus eſt etiam vnguium īmanitate. noctibus in aqua degit. per diem humi aquieſcit. circūdatur maxima

cutis firmitate / in tantū vt ictus quouis tormēto adactos tergo repercutiat ; Strofilos auis par uula ē. ea(dū reduuias eſcarū affectat)os belue hu iuſce paulatim ſcalpit. et ſenſim ſcalpurrigine blā diente aditum ſibi in vſq; fauces facit. quod ychue umon conſpicatus / penetrat beluā. populatiſq; vi talibus eroſa exit aluo ; Sunt delphines ī nilo / quorū dorſa ſerratas habent criſtas . hi delphines crocodilos ſtudio eliciūt / ad natandum. demerſiq; aſtu fraudulento tenera ventriū ſubternatātes ſe= cant. et interimūt. Preterea habitant in inſula ni= li hoīes forma perexigui. ſed audacia vſq; eo pre diti / vt crocodilis ſe offerant obuios. nā hec mon= ſtra fugientes inſequūtur. formidant reſiſtentes. ergo capiūtur. ſubactiq; etiam inter aquas ſuas ſer uiūt. et perdomiti metu ita obſequūtur / vt imme= mores atrocitatis victores ſuos inequitātes dorſo vehant . hāc ergo inſulam et hanc gentem vbicūq; iudicio odoris perſēſerint / procul fugiūt. in aqua obtuſius vident. in terra acutiſſime. hyeme nullū cibum capiūt . quietiam quatuor menſes a ceptu brume inedia exigunt ; Scinci quoq; circa nilū frequētiſſimi crocodilis quidē ſimiles . ſed forma modica et anguſta . verum ad opem ſalutarem nō qualibet neceſſarii. medentes quippe ex ipſis pocu

la inficiūt/ quibus veneni viſ extĩguitur; Hip=
popotamus in eodē flumine ac ſolo naſcitur. equi
no dorſo et iuba et hinnitu. roſtro reſimo. vngulíſ
bifidis. aprinis dētibus. cauda tortuoſa. noctibus
ſegetes depaſcitur. ad quas pergit auerſus/aſtu do
loſo. vt fallente veſtigio reuertenti ei mille inſidie
preparentur. idem cum diſtenditur nimia ſacieta=
te! arūdines recens ceſas petit. per quas tamdiu
obuerſatur quodad ſtirpiū acuta pedes vulnerēt.
vt profluuio ſanguinis leuetur ſagina. plagam
deinde ceno obliniti! vſq̧dū vulnus conducatur ĩ
cicatricē. hippopotamos et crocodilos primus ro=
me marcus ſcaurus inuexit; Circū eaſdem ri=
pas ales eſt ibis. ea ſerpentiū populatur oua. gra=
tiſſimāq̧ ex iis eſcam nidis ſuis defert/ ſi rareſcūt
prouentu fetus noxiorū. nec tamen aues iſte tātū
intra fines egyptios proſunt. nam (cū arabice pa
ludes pennatorum anguiū mittunt examina/quo
rum tam citum virus eſt! vt morſum ante mors
q̃ꝑ dolor inſequatur) ſagacitate qua ad hoc valent
aues excitate in procinctum eunt vniuerſe. et(pri=
uſq̃ꝑ terminos patrios externū malū vaſtet)ĩ aere
occurſant cateruis peſtilentibus. ibi agmen deuo=
rant vniuerſum. quo merito ſacre ſūt. et illeſe ora
pariūt. nigras ſolum peluſiū mittit. reliqua pars

cādidas ; De arboribus quas ſola fert egyptus/ precipua eſt ficus egyptia . foliis moro cōparāda. poma non ramis tātum geſtitans / ſed et caudice. vſq; adeo fecunditatis ſue iocūda eſt. vno anno ſeptiens fructum ſufficit . vnde pomū decerpſeris/ alterū ſine mora protuberat. materies eius in aquā miſſa/ſubſidit. deinde(cum diu ſederit)in liquore facta leuior ſuſtollitur. et verſa vice(quod natura in alio ligni genere non recipit)fit huōre ſicca;

Palma quoq; egyptia/dicenda res eſt. proprie adipſos vocatur. vt dici oportuit. eaq; guſtata/arcet ſitim. odor ei idē qui et malis cydoniis. ſed demū ſitim ſedat/ ſi priuſq̄ maturuit/ decerpatur. nam(ſi matura ſumitur)ſenſum intercipit. greſſū prepedit. linguam retardat. obſeſſiſq; officiis mentiſ et corporis vitiū ebrietatis imitatur . Egyptiū limitem qua ad diacecacumenem tendit/incolunt populi qui momētū quo reparari mūdū admotus ferunt aīmos. hoc ſtudio deprehendunt. eligitur ſacer locus. ī quo conſeptāt animalia diuerſiſſimi generis. ea (vbi ad ſtatū modū celeſtis perueniūt diſciplina)ſenſus ſuos ſignificationibus produnt/ quibus poſſunt. alia vlulant. alia mugiunt. quedā ſtridunt. et quedam rudiūt. nōnulla ſimul confugiūt ad volutabra. hoc argumētū illis ē magiſtrū/

ad iudiciū temporis deprehendendi. idem populi
ferunt a primis ſibi gentis ſue auis traditum vbi
nunc occaſus eſt/ quondam ibi ortus ſolis fuiſſe;

Inter egyptias vrbes numero portarum thebe
nobiles. ad quas cōmercia arabes īdiq; ſubuehūt.
huic regio thebaica. aboedos. et ipā nobilis olī mē
nonis regia/ nūc oſiris fano exſculpta. Alexandriā
et operis ipſius magnitudo et autor macedo nobi=
litant. quā metatus dinocrates architecton/ alterū
a conditore in memoria locū detinet. condita autē
alexandria eſt duodecima centeſimaq; olympiade/
lucio papirio ſpurio ſpurii filio/ gaio petilio cai fi
lio conſulibus romanis / haud longe ab hoſtio flu
minis nili quod heracleoticon alii/alii canopicō ap
pellāt. Eſt et faros colonia a ceſare dictatore deduc
ta. ex qua facibus accenſis nocturna derigitur na=
uigatio. nā alexandria inſidioſo acceſſu aditur. fal
lacibus vadis. ceco mari. tribuſq; tantū canalibus
admittit nauigātes. poſtideo/ tegano / tauro. hinc
igitur in portibus machinas ad prelucendi mini
ſteriū fabricatas/ faros dicunt; Pyramides tur
res ſunt in egypto/ faſtigiate vltra excelſitatē om=
nem que fieri manu poſſit. itaq; menſurā vmbra=
rū egreſſe/ nullas habent vmbras. Nūc ab egypto
prouehamus ſtilum;

Capitulū.xxxvi.de arabia. de rubro mari. de fonte mirabili.de colle manu facto. de arbore eudomone. de mirra. de phenice. de magno āno.de aue cinamolgos. de arabū moribus. de gēmis ſardonyce.ſinaragdo.iride.andradamāte de gemma arabica;

Ltra peluſiacū oſtiū arabia eſt ad rubrū pertinens mare/quod erithreum ab herithreo rege perſei et ādromede filio/nō ſolū a calore appellatū varro dicit. Qui affirmat in litore maris iſtius fontem eſſe/quem ſi oues biberint/mutent vellerū qualitatem.et ātea candide amittant quod fuerint vſq; ad hauſtum. ac fuluo poſtmodum nigreſcant colore.rubri autem maris arſinoe oppidum. verū hec arabia procedit aduſq; illam odoriferam et diuitem terram / quam catabanni et ſcenite tenent. arabes nobiles monte caſſio.Qui ſcenite cauſas nominis inde ducunt/q; tē toriis ſuccedūt. nec alias domos habent.ipſa autē tentoria ſunt cilicina.ita nominant velamenta caprarum pilis texta.preterea ſuillis carnibus prorſus abſtinent.ſane hoc animalis genus (ſi inuectū illo fuerit)ilico moritur.hanc arabiam greci eudemonem/nrī beatā noīauerūt; Habitatur colle

manufacto inter flumen tigrim et flumen euleū. quod ortum a medis tam puro fluore inclitum ē: vt omnes inde reges nō alias ꝙ̄ eius aquas bibāt;

Eudemonen non fruſtra cognominatā hinc capeſſas: ꝙ preter odores quos creat plurimos ſola tus mittat. nec tamen vniuerſa. nam ī medio eius ſunt aſtramite. pagus ſabeorum. a quo octo manſionibus regio turifera diſterminatur. Arabia appellatur: id eſt ſacra. hoc enim ſignificari interpretantur. virgulta hec nō ſūt publica. ſed quod īter barbaros nouū ius poſterorū / per ſucceſſiones trāſeunt familiarum. ergo quicūqȝ dnātū iſtius tenēt nemoris: arabice ſacri vocātur. idem illi (cū lucos iſtos vel metunt vel incidūt) nō funeribus īterſūt non congreſſibus feminarum polluūtur. hanc arborē (priuſꝙ̄ peitus fides proderetur) alii lētiſco / alii mage terebintho comparabant. vſqȝdum libriſ quos iuba rex ſcripſit ad ceſarem auguſti filiū palam fieret. ītorto eam eſſe vimine ramis ad aceris qualitatem / amigdale modo ſuccū fundere. incidi ortu canis flagrātiſſimis ſolibus; In iiſdē ſaltibus mirra prouenit. cuius radices vt vitiū raſtris proficiūt. ablaqueationibus gaudent nudate. pinguiori fluūt lacrima. ſponte manans: precioſior ex ea ſudor ē. elicitus corticis vulnere: vilior indi=

catur.cortex in vertiginem flexus. et ſpinis hiſpi=
dus.foliũ criſpius licet. oliue tamen ſimile.maxi=
ma altitudine extollitur ad quinq; cubitos proceri=
tatis. arabes ſarmẽtis eius ignes fouent. quorum
fumo ſatis noxio(niſi odore cremati ſtoracis occur
rãt)plerũq; ĩſaciabiles morbos cõtrahũt; Apud
eoſdẽ naſcitur auis phenix . aquile magnitudine.
capite honorato/plumis extantibus.criſtatis fau=
cibus.circa colla fulgore aureo. poſtera parte pur
pureus . abſq; cauda in qua roſeis pẽnis ceruleus
interſcribitur nitor.probatum eſt quadraginta et
quĩgentis eum durare ãnis.rogos ſuos ſtruit cĩna
mis.quos prope pantheã cõcĩnant in ſolis orbem
ſtrue altaribus ſuperpoſita. Cũ huius vita magni
ãni fieri cõuerſionẽ rata fides eſt ĩter autores.licet
plurimi eorum magnũ annũ non quĩgẽtis et qua
draginta / ſed duodecim milibus nonagẽtis et quĩ
quaginta quattuor annis conſtare dicant. Plautio
itaq; ſextio et publio apronio conſulibus egyptum
fenix inuolauit.captuſq; anno octingenteſimo vr=
bis condite iuſſu claudii principis in comicio pu=
blicatus eſt. quod geſtum preter cenſurã que ma=
net actis etiam vrbis continetur; Cinamolgos
perinde arabie auis ĩ excellẽtiſſimis lucis texit ni=
dos efruticibus cĩnamorum.ad quos(quoniã non

ſte poteſtas peruenire) propter ramorum altitudi
nē et fragilitatem / accole illas cōgeries plumbatis
petunt iaculis. deiectaſq; preciis vēdunt amplioribus. ꝙ hoc cinnamum magis ꝙ̃ alia mercatores
probent ; Arabes lōge lateq; diffuſi diuerſis et
moribus viuūt et cultibus plurimis. crinis intonſus. mitrata capita. redimitu pari. pars raſa ī cute
barba. cōmerciis ſtudent. aliena nō emūt. vendūt
ſua. quippe et ſiluis et mari diuites. vmbre que
nobis dextere / ſunt illis ſiniſtre. pars eorū quibuſ
aſper victus eſt / āgues edunt. nulla velaminis cura corporis. ac propterea ophiofagi nominantur ;
Ex iſtius litoris ſinu policrati regi aduecta ſardonyx gemma. prima ī orbe nrō luxurie excitauit
facem. nec multum de ea diſſerendum puto. adeo
ſardonyx in omniū venit conſcientiam. ſuperficieſ
eius probatur. ſi meracius rubeat / arguitur. ſi fuerit feculentior / medietas circuitur. limite candicāte
optima eſt / ſi nec colorē ſuū ſpargat in proximū.
nec ipſe ex altero mutuetur. reliqua nigro finiuntur. ꝙ ſi tranſluceat / vicio vertitur. ſi perſpicuitatē
arceat / proficit ad decorē ; Et molochitem arabſ
inuenit / virentem craſſius ꝙ̃ ſinaragdus. contra
infantū pericula ingenita vi reſiſtētē ; Inuenit
et iridem in mari rubro / ſicut cryſtallum exangu

latam . que radiis icta ſolis rutilo aeris repercuſſa celeſtis arcus ex ſeſe iacit ſpeciē; Andradamātē idem legūt arabes. nitoris argētei. lateribus equa liter quadris: quē de adamante non nichil mutuatum putes. datum illi nomen ex eo cenſent! ꝙ animorum calentiū mollit impetus. et tumentes refrenat iras; Pederotem etiā arabicam inde ſumimus. Arabica aſpectu eburnea ē. radi abnuit. contra neruorum moleſtias prodeſt habentibus. ī pederote congruit quidquid eximiū ē. quadam decoris prerogatiua. cryſtallū lucet. rubet purpurā. orarū extimis crocea corona. velut eliquido renitente. hac ſuauitate oculos afficit. viſum illicit. detinet intuētes. hac etiā gratia indis placet; Hoc arabie ſat eſt. hinc ad peluſiū vela repatriemus;

## Capitulū. xxxvii. de peluſio. de ioppe oppido;

a Peluſio caſſius mons eſt/delubrū iouis caſſii. atꝗ ita oſtracine locus. pōpeii magni ſepulchro inclytus. Idumea īde incipit/palmis opima. dein ioppe oppidū antiquiſſimū orbe toto. vt pote ante inūdationem terrarum conditum. id oppidū ſaxum oſtentat / quod vīculorū andromede veſtigia adhuc retinet. quā expo=

ſitam belue non irritus rumor circũtulit. quippe oſſa monſtri illius. m. ſcaurus inter alia miracula ĩ edilitate ſua rome publicauit. annalibus nota res eſt. menſure quoq; veracibus libris continẽtur. q̄ coſtarũ lõgitudo exceſſerit pedes quadragĩta. ſublimitas autem elephantis indicis eminentior fuerit. porro vertibula ſpine ipſius latitudinẽ ſemipedem ſint ſupergreſſa;

Capitulũ. xxxviii. de iudea. ĩ qua de alphatice lacu. de lacu tyberiadis. de callirhoe fonte. de balſamo. de ſodomo et gomorro. de eſſenis;

i Vdea illuſtris eſt aquis. ſed natura non eadem aquarũ omniũ. iordanis amnis eximie ſuauitatis paneayde fonte demiſſus regiones preterfluit ameniſſimas. mox in alphatitem lacum merſus ſtagno corrumpitur. qui alphatices gignit bitumen. animal non habet. nichil in eo mergi poteſt. tauri etiam cameliq; impune ibi fluitant. Eſt et lacus ſarra extentus paſſuũ ſexdecim milibus. circũſeſſus vrbibus plurimis et celebribus. ipſe par optimis; Sed lacus tiberiadis õnibus anteponitur. ſalubris ingenuo hauſtu et ad ſanitatem vſu efficaci. Iudee caput fuit

hieroſolyma. ſed exciſa eſt. ſucceſſit hierico. et hec deſiit artaxerxis bello ſubacta; Callirhoe hieroſolimis proximat fōs calore medico probatiſſimuſ et ex ipſo aquarū preconio ſic vocatus; In hac terra balſamum naſcitur. que ſilua inter terminos viginti iugerum vſq; ad victoriā noſtrā fuit. at cū iudea potiti ſumus! ita luci illi propagati ſunt! vt iam nobis latiſſimi colles ſudent balſama. ſimiles vitibus / ſtirpes habēt. malleolis digerūtur. raſtriſ niteſcunt. aqua gaudent. amant amputari. tenacibus foliis ſempiterno inumbrātur. lignū caudiciſ attrectatū ferro ſine mora moritur. eapropter aut vitro / aut cultellulis oſſeis (ſed in ſolo cortice) artifici plaga vulneratur. e qua eximie ſuauitatiſ gutta manat. poſt lacrimam / ſecundum in preciis locum poma optinent. cortex terciū. vltimus honoſ ligno; Longo ab hieroſolymis receſſu triſtis ſinus panditur / quē de celo tactum teſtatur humus nigra. et in cinerem ſoluta. ibi duo oppida vnū ſodomum nominatum. alterū gomorrū. apud que pomū quod gignitur (habeat licet ſpecimen maturatis) mandi tamen non poteſt. nā fuligine intrinſecus fauillaciā ābitio tantum extime cutis cohibet. que vel leui preſſa tactu fumū exalat. et fatiſcit in vagum puluerem; Interiora iudee que

occidentem contuētur/eſſeni tenent. qui memora=
bili diſciplina receſſerūt a ritu gentiū vniuerſarū.
maieſtatis vt reor prouidētia. ad hunc morem de=
ſtinati. nulla ibi femina. a venere ſe penitus abdica
uerunt. pecuniam neſciūt. palmis victitāt. nemo
ibi naſcitur. nec tamē deficit hominū multitudo.
locus ipē addictus pudicicie eſt. ad quē(plurimi li
cet vndiq; genciū properent) nullus admittitur.
niſi quē caſtitatis fides et innocentie meritū proſe
quatur. nam qui reus eſt/ vel leuis culpe(q̃uis ſū
mopere adipiſci ingreſſum velit) diuinitus ſum=
mouetur. ita per immenſum ſpaciū ſeculorū(īcre
dibile dictu(eterna gens eſt ceſſātibus puerperiiſ.
Engada oppidū īfra eſſenes fuit/ ſed exciſum eſt.
verum inclytis nemoribus. adhuc durat decus/lu
ciſq; palmarum eminentiſſimis. nichil vel de euo
vel bello derogatum. Iudee terminus maſſada ca=
ſtellum;

Capitulū. xxxix. de ſcytopolis. de caſſio mōte;

Ranſeo damaſcum/ſyladelphiā aura flā
te/ſcytopoli primos īcolas et autorē da=
bo. liber pater(cum humo nutricem tra
didiſſet)cōdidit hoc oppidū. vt ſepulture titulum

etiam vrbis menibus āpliaret. incole deerant eco=
mitibus ſuis ſcythas delegit. quos vt animis fir=
maret ad promptam reſiſtendi violentiam! premi
um loci nomen dedit ; In ſelentia alter caſſius
mons eſt! anthiochie propinquus. cuius e vertice
vigilia adhuc quarta conſpicitur globus ſolis . et
breui corporis circūactu radiis caliginē diſſipāti=
bus!illinc nox hinc dies cernitur. talis ecaſſio ſpe=
cula eſt! vt lucem prius videas q̃ auſpicetur dieſ;

## Capitulū. xl. de eufrate ac tigride fluminibus. de multis lapidū diuerſis proprietatibus nomi nibuſq̧ ;

e Vfratem fundit armenia maior / ortum
ſupra ziraniā. ſub radicibus montis quē
catotē accole nominānt. ſcythis proximū.
hic receptis in ſe aliquot ānibus conualeſcit. et ſti=
patus cōuenis aquis luctatur cū montis tauri ob=
iectu. quē apud elegeam ſcīdit / reſiſtat licet duode
cim miliū paſſuum latitudine. longiſq̧ excurſibuſ
dextera comagenē / arabiam leua relinquit. deinde
prelabens plurimas gentes! babiloniā quōdā chal
deorum caput diuidit. meſopotamiam opimat. in=
undationis annue exceſſibus inſtar egyptii amnis

terras contegens! innecta ſoli fecunditate. iiſdem forme temporibus quibus nilus exit. ſole ſcilicet in parte cancri viceſima conſtituto tenuatur/ cum iā leone decurſo ad extima virginis curricula facit tranſitum. quod gnomonici ſimilibus pararellis accidere cōtendunt. quos pares in terrarum poſitione equalitas normalis facit linee. vnde apparet iſta duo flumina ad modulum eiuſdem perpendiculi cōſtituta (licet ediuerſis manēt plagis) eaſdem incrementi cauſas habere; De tigri quoqꝫ dicere hac loco par eſt. In armenie regione caput tollit mire quā lucidum. conſpicuo fonte in loco edito/qui egelos nominatur. nec ab exordio ſtatī totus eſt; primo īpigre fluit. nec cū nomine. at (cū fines medorum īuectus eſt) tigris ſtatim dicitur. ita enim nominant medi ſagittam. influit ī aretuſam lacum omnia pondera ſuſtinentem. cuius piſces nūq̄ ſe alueo trigidis miſcent. ſicut nec ānici piſces in ſtagnū trāſeunt arethuſe perq̄ diſſimilis colore. volucri meat curſu. mox tauro reſiſtente ī profundum ſpecū mergitur. quem ſubterlabens! in altero eius latere apud zomadam emicat/vlnaſ et purgamenta plurima ſecū trahēs. deīde identidem abſcōditur. rurſuſqꝫ redditur. ad yabenos arabaſqꝫ preterfluit. meſopotamiā āplectitur. amnē

Tigris.

Arethusa lacus.

nobiliſſimū hydaſpen accipit. eufratē defert ī ſinū perſicū; Quecūq; eufratem bibunt gentes/ diuerſo nitēt lapide. ī ipſo eufrate alueo legitur gemma ad imaginem marmoris proconenſis/ niſi q̄ ī medio ūbilico lapidis iſtius glauci velut oculi pupila internitet. Sagda a chaldeis ad nos vſq; fluit. haud facilis repertu. niſi vt perhiberet ipſa ſe capeſſendam daret. nāq; ingenita ſpiratus efficacia ſupermeantes naues e profundo petit. et carinis ita tenaciter adcorporatus/ vt niſi abraſa parte ligni egre ſeparetur. ea ſagda apud chaldeos propter effectus quos ex ea ſciūt/ habetur loco principe. ceteris propter gratiam magis complacet iocūdiſſime virens. Mirrhites parthis familiaris eſt. hunc ſi viſu extimes/ mirre color eſt. et non habet quod afficiat aſpectū. ſi penitus explores/ et atteritu incites ad calorem/ ſpirat nardi ſuauitatem. in perſide lapidum tanta copia eſt tantaq; diuerſitas/ vt longū pene ſit ipſis vocabulis īmorari. Mitridax ſole percuſſa/ coloribus micat variis. Thegolitus nucleo oliue ſimilis/ ſpernitur cum videtur. ſed remediis bonus. vincit aliorū pulchritudinē. ſolutus quippe et hauſtus pulſis calculis reniū dolores ac veſice leuat. Hāmochriſus arenis auro ītermixtus nūc bractearū nūc pulueris habet qua=

drulas. Ethites et fulnus eſt / et tereti poſitione. al terum lapidem intrinſecus cohibens. cuius crepi= tu ſonorus eſt. cum mouetur / quãlibet tinnitũ il= lum non internũ ſcrupulũ facere ſed ſpiritum ſci= ẽtiſſimi dicant. hũc ethiten zoroaſtres prefert õni= bus. maximamq; illi tribuit poteſtatem. ĩuenitur aut in nidis aquile. aut in litoribus oceani in per= ſide tamen plurimus. ſubnexus ſpem vteri defen= dit a fluxibus abortiue. Pirrites fulnus eſt / tene riq; ſe vehementius non ſinit. at (ſi quando arctio= ri manu comprimitur) digitos adurit. Thalazias grandinis et candorẽ prefert / et figuram / duricia robuſtiſſima et ĩuicta. Ethites vipereas habẽt ma= culas. Dioniſias fuſcus eſt / rubentibus notis ſpar ſus. idem (ſi aque mixtus cõteratur) vinũ flagrat. et quod ĩ illo odore mirificũ eſt / ebrietati reſiſtit. Gloſopetra deficiẽtibus lunis / celo cadit. ſigue ſi= milis humane. non modice (vt magi ferũt) poteſta tis. qui ex ea lunares motus excitari putãt. Solis gemma percandida eſt. ad ſpeciem fulgidi ſideris. rutiloſq; ex ſeſe iacit radios. Veneris crinis nitet nigro / internis ductibus oſtentãs ruforũ crinium faciem. Selenithes tranſlucet fulgore cãdido mel leoq; / cõtinẽs lune imaginẽ. quã iuxta curſũ aſtri ipſius perhibent diebus ſĩgulis vel minui vel au=

geri. Mechonites papauer exprimit. Mirinethiteſ reptantis formice effigie notatur. Caleoſanos reſonat / ut pulſata era. pudice habitus: ſeruat vocis claritatē. Syderites a cōtemplatioē ferri nichil diſſonat. verū maleficus. quo quoinferatur: diſcordiam incitat. Flongites oſtentat intra ſe quaſi flammas eſtuātes. Antrachites coruſcat velut ſcintillātibus ſtellis; Enhydrus exudat / vt clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem;

## Capitulū. xli. de cylicia. de monte tauro. multiſq; aliis mirabilibus;

c yliciam de qua agitur / ſi vt nūc ē loquamur: derogaſſe videbimur de vetuſtate. ſi terminos ſequemur quos habuit olī: abſonū ē a cōtēplatione rerū preſētiū. ergo. vtrāq; culpam factu optimū eſt: amborū temporū ſtatū perſequi. Cylicia antea vſq; ad peluſiū egypti pertinebat / lydis / medis / armeniis / pamphilia / capadocia ſub imperio cilicū cōſtitutis. mox ab aſſiriis ſubacta: in breuiorē modū ſcripta eſt. plurima iacet campo / ſinulato recipiens mare ieſicū. a tergo: mōciū tauri et amaniti iugis clauſa. a cylice nomē trahit / quem etas priſtina pene vltra euū memo=

rie adſcondit. hunc fenice ortū / qui ātiquior ioue de primis terre alūnis habetur. matrem vrbiū habet tarſon / quā dane proles nobiliſſima perſeus locauit. hanc vrbem interſecat cydnus amnis. hunc cidnū alii precipitari tauro / alii deriuari ex alueo choaſpi tradiderūt. qui choaſpes ita dulcis eſt / vt perſici reges (ꝗdiu inter ripas perſidis fluit) ſoli ſibi ex eo pocula vendicauerīt. et cum eundum foret peregre / ſic aquas eius ſecum vectitarent. ex illo parēte cydnus mirā trahit ſuauitatē. quidquid cādidū eſt / cyndū gētili līgua ſyri dicūt. inde amni huic nomē datum. tumet vere / cum liquūtur niues. reliqua parte anni tenuis ē et quietus. Circa coricū cilicie crocum plurimū optimūq̄. det licet cylicia / det cyrma / det et lycia / hoc primū eſt. ſpirat flagrātius. colore plus aureo eſt. ſucco citius proficit ad medelam. Ibi coricos oppidū ē et ſpecus. qui mōtem impoſitū mari a ſūmo cauat vertice. patulus hiatu ampliſſimo. nam deletis lateribus in terre profūdū / nemoroſo orbe amplectitur mediam inanitatem. virens ītrorſus lucis pendentibus. deſcenſus in eū per duo milia et quīgētos paſſus. non ſine largo die. hinc inde fontiū aſſidua ſcaturigine. vbi peruētum ad ima primi ſinus / alter rurſus ſpecus panditur. quod antrū la=

tis primū patet faucibus. poſtmodum in proceſſu per anguſtias obſcuratur. in eo ſacrū eſt iouis fanum. in cuius receſſu intimo tyfonis gigantis cubile poſitum qui volūt credūt; Heliopolis ātiquū oppidū cylicie fuit. patria criſippi ſtoice ſapientie potentiſſimi. quod a tigrane armenio ſubactū et diu ſolū pōpeiopolim deuictis cilicibus. gn. magnus cognomiāuit; Mons taurus ab indico primū mari ſurgit. deīde a ſcopolis celidoniis īter egyptiū et pamphilium pelagis obiectus ſeptētrioni dextero latere / leuo meridiane plage occidēti occurrit. obverſus fronte profuſa palam prorſus eſt. terras eū cōtinuare voluiſſe penetrato mari / niſi profundis obſiſtentibus extendere radices ſuas vetaretur. deniq; qui perſcrutātur naturas locorū tentaſſe eum oēs exitus promōtoriis probant. et enī quoquo verſum mari alluitur! procedit inprominētias. ſed modo intercluditur feniceo / modo pontico ſinu. interdū caſpio vel hyrcano. quibus renitentibus ſubinde fractus! contra meociū lacū flectitur. multiſq; difficultatibus fatigatus! rhipheis ſe iugis adnectit. pro gentiū ac linguarū varietate! pluriſariam nominatus. apud indos lanius. mox profanius. coarthas apud parthos. poſt niſates. īde taurus. atq; (vbi excelſiſſimam cō

ſurgit ſublimitatẽ) cancaſus. interea etiã a populiſ appellatõnẽ trahit. ab dextero latere caſpius dicitur / vel hircanus. a leuo ; amazonitus. mox ſcythus ſythicus. adhoc vocabula habet alia multa. vbi dehiſcit; hiulcis iugis facit portas. quarũ prime ſũt armenie. tunc caſpie. poſt cilicie. ĩ greciam verticem exerit. vbi cerãnius predicatur. a cilicie ſinibus aſiaticũ limitẽ deſpicit. quãtus meridiem videt; ſole ĩeſtuat. quidquid ſeptẽtrioni oppoſitũ eſt; vento tũditur et pruina. quo ſilueſtris eſt; efferatur multis beſtiis et leonibus immaniſſimiſ;

## De licia. ĩ qua mons chimera;

Vod in campania veſubius ; in ſicilia ethna; hoc in licia mons eſt chimera. hic mons nocturnis eſtibus fumidũ exalat. vnde fabula triformis mõſtri in vulgũ data eſt; ꝗ chimeram animal putauerunt. et (quoniam natura ibidem ſubeſt ignea) vulcano vrbem proximã licii dicauerũt / quã de vocabulo ſui nomĩs dicunt efeſſiã. Olympus quoqꝫ ĩter alia ibi oppidum fuit nobile. ſed intercidit. nũc caſtellũ eſt. infra quod aque regie ob niſigne fluoris ſpectaculo ſunt viſẽtibus;

Capitulū.xliii.de aſia. in qua de alexādro magno multiſq; aliis ingenuis viris . de bonnaco aīali, de cameleone.de ciconiis;

Equitur aſia. ſed non eam aſiam loquor que ī tercio orbis diuortio terminos amnes habet.ab egypcio mari nilum.a meocio lacu tanaim.verū eam que a celmoſſo licye incipit.vnde etiā carpathius auſpicatur ſinus. Eam igitur aſiam ab oriente licya includit et frigia. ab occidente/egea litora.a meridie/mare egiptiū.paflagonia/ a ſeptētrione . Efeſus in ea vrbs clariſſima eſt. Efeſo decus templū diane.amazonū fabrica.adeo magnificum.vt xerſes(cum oiā aſiatica tēpla igni daret) huic vni pepercerit. ſed hec xerſis clemētia ſacrā edē non diu a malo vīdicauit. nanq; heroſtratus (ut nominis ſui memoriam fama ſceleris extenderet) (ſicut ipē cōfeſſus eſt)īcendiū nobilis fabrice manu ſua ſtruxit. Notatur ergo eadē die conflagrauiſſe templū efeſi/quā alexander magnus pelle natus ē. qui oritur(vt nepos edit)marco fabio ambuſto tito quintio capitolino cōſulibuſ poſt romā cōditam anno trecenteſimo octogeſimo quinto. Id templū poſtmodū cum ad cultum anguſtiorē efeſii reformarēt / faber operi dinocrates

prefuit. quem dinocratem alexandri iuſſu alexan=
driā ī egypto vie metatū ſupra expoſuimus. Nuſ=
q̄ autē orbe toto tam aſſiduos terre motus/et tam
crebras vrbiū dimerſiones q̄ in aſia eſſe/ cladibus
aſiaticis patuit. cum tiberio principe vrbes duode
cim ſimul vna ruina occiderint; Ingenia aſia=
tica īclita per gentes fuere. Poete/anacreon. nidē
minneruus et anthimachus. deinde hipponax. de=
inde alceus. īter quos etiā ſapho mulier. At hiſto=
rie conditores xanctus. egatheus. herodotus. cum
quibus eforus et theoponipus. nāq; de ſeptem ſa=
pientia preditis/bias. thales. pithacus. cleanthes
ſtoite eminentiſſimus. anaxagoras nature indaga=
tor. heraclitus etiā ſubtiliorū doctrine arcanis in=
moratus. Aſiam excipit frigia. in qua celene. que
ātiquato priore noīe in apamiam tranſit oppidū/
a rege ſelenco poſtmodū cōſtitutū. illic marſias or
tus. iſtic et ſepultus. vnde qui proximat fluuius/
marſias dicitur. nam ſacrilegi certaminis factum/
et audaces in deū tybias/ teſtātur non procul val=
les que euentum geſte rei ſignāt/ex apamia decem
milibus paſſuū ſeparata allochrene vſq; adhuc di=
citur. Ex arce huiuſce oppidi meander ānis caput
tollit. qui recurrentibus ripis flexuoſus/ īter car=
mā cariā et ioniam precipitatur ī ſinū qui miletū

diuidit et prienā . ipſa frigia troadi ſuperiecta eſt.
aquilonia parte galacie limitata. a meridiana licao
nie/pyſidie/migdonieq; contermiā. eadem ab oriē
te vicina lidie. a ſeptemtrione! meſie carie . a parte
qna dies medius eſt mons lydie. molus croco flo=
rentiſſimus. ānis pactolus. quem aurato fluore ī=
citū aliter criſoroan vocāt; In his locis animal
naſcitur quod bonnacū dicūt . cui taurinū caput.
ac deinceps corpus omne tantū iuba equina . cor=
nua autē ita multiplici flexu in ſe recurrētia! vt ſi
quis in ea offenderit/nō vulneretur. ſed quidquid
preſidii monſtro illi frons negat ! aluus ſufficit.
nam cū in fugam vertit ! proluuie citi ventris fi=
mū egerit per lōgitudinē triū iugerū. cuius ardor
quidquid attigerit adurit. ita egerie noxia ſummo=
uet inſequētes . Miletos yonie caput. cadmi olim
domus. ſed eius qui primus inuenit proſe orōnis
diſciplinam . nam longe epheſū effectū . Colofon
ciuitas nobilis oraculo clari apollinis . vnde haud
procul mimaſ ſurgit. cuius vertices de nubilis ſu=
peruolantibus future tempeſtatis ſignificant qua
litatem. caput meonie ſipilus excipit/cantalis an=
tea dictus. et nulla vocabuli memoria/ orbitatibuſ
datus nyobe. zminā eleus circūfluit. inter flumiā
ſiatica facile precipuuſ amnis. zmirneos vero cam

pos hermus ſecat. qui ortus dorilao / frigiam ſcin dit a caria. hūc quoq; hermū fluctibus aureis eſtu aſſe ātiquitas credidit. zmirna vnde primo enitet / homero vati patria extitit. qui poſt ilium captū fu it anno ducēteſimo ſeptuageſimo ſecūdo. agrippa ſiluio tiberini filio albe regnāte / anno ante vrbem cōditam centeſimo ſexageſimo. inter quem et heſi= odum poetā qui ī auſpiciis olīpiadis prime obiit / centū triginta octo anni īterfuerūt. In ritheo lito re atheniēſes et mitilenei ad tumulum ducis theſ= ſallici achillion oppidū cōdiderūt. quod propemo dū interiit. deinde interpoſitis quadragīta ferme ſtadiis in altero cornu eiuſdē litoris ob honorē ſa= lamini aiacis) alterū oppidū cui eancio datum no mē eſt rhodii extruxerūt. at iuxta ilium mennoniſ ſtat ſepulcrū. ad quod ſempiterno ex ethiopia ca= teruatim aues aduolant / quas ilienſes mennonias vocant. crementius autor ē / has eaſdem anno quī= to in ethiopia cateruatim coire. et vndiq; verſum quod vſq̄ gentiū fuit ad regiam mennonis conue nire. Mediterranea que ſunt ſupra troadis partē theutrani tenēt. regio que prima meſorū fuit pa= tria. hec theutrania perfunditur caico flumine ;

Per omnē aſiam cameleon plurimus. animal quadrupes. facie qua lacerte. niſi crura recta et lō=

giora ventri iungerētur. prolixa cauda eademq; in vertiginen torta. hamati vngues ſubtiliq; aduncitate. inceſſus piger. fere idē qui teſtudinū motus. corpus aſperum. cutē qualem ī crocodilis deprehēdimus. ſubducti oculi. et receſſu cōcauo. introrſum recepti. quos nūq̄ nictaoē obnubit. viſum deniq; non circūlatis pupillis / ſed obtutu rigidi orbis ītētat. hiatus eius eternus. ac ſine vllius vſus miniſterio. quippe cū neq; cibum capiat. neq; potu alitur. nec alimēto alio q̄ hauſtu aeris viuat. color varius. et in momēta mutabilis. ita vt cuicūq; rei ſe cōiūxerit / cōcolor ei fiat. colores duo ſunt quos figere non valet. rubeus et candidus. ceteros facile mentitur. corpus pene ſine carne. vitalia ſine liene. nec niſi incorculo pauxillū ſanguinis deprehēditur. latet hyeme. producitur vere. impetibilis ē coraci. a quo cū interfectus ē / victorē ſuū perimit interemptus. nā ſi uel modicū ales ex eo ederit / ilico moritur. ſed corax quoq; habet preſidiū ad medelā / natura manū porrigente. nam cum afflictū ſe intelligit / ſumpta fronde laurea recuperat ſanitatem; Pithonoſconie in aſia locus eſt campis patentibus. vbi primo aduētus ſui tempore ciconie aduolant. et eam que vltima aduenerīt / lancinant vniuerſe aues. iſtas ferūt līguas non habere.

ſonū autē quo crepitāt oris potius ꝙ̄ vocis eē. exi=
mia illis neſt pietas. etenim ꝙ̄tū temporū impen
derint fetibus educādis/ tantū et ipſe a pullis ſuis
inuicem aluntur. ita enī impenſe nidos fouent vt
incubitus aſſiduitate plumas exuant. nocere eis
omībus quidē locis nefas ducūt. ſed ī theſſalia vel
maxime. vbi ſerpentū immanis copia eſt. quos dū
eſcandi grā̄ inſectātur/regionibus theſſalicis pluri
mū mali detrahūt; Galacia primis ſeculis pri=
ſce gallorū gētes occupauerūt. tolos/boci/veturi/
ambicii vtiq̄ vocabula adhuc permanēt. ꝙ̄uis gala
cia vnde dicta ſit/ipſo ſonat nomine;

Capitulū. xliiii. de bithymia. in ea de hānibale;

[b]Ithimia in ponti exordio ad partem ſo=
lis orientis aduerſa thacie opulēta ac di=
ues vrbiū ac fontibus ſangari fluminis
primos fines habet. ante bebricia dicta. deīde mig
donia. mox a bythino rege/bithina. in ea pruſia=
dem vrbem. et alluit zeas flumē. et perſpergit hy
laas lacus. ī quo reſediſſe credūt delicias herculiſ.
hylan puerum nymphis rapinam. in cuius memo
riam vſq̄ adhuc ſolenni curſitatione lacū populus
circuit/et hilan voce clamāt; In bythyno quoq̄

agro lybiſſa lacus nicomedie proximus / ſepulcro hannibalis fame datus . qui(poſt cartagineſe iudiciū transfuga ad regem anthiocū! dein poſt anthiochi apud termopylas pugnatam malam pugnam! factūq; regem fortune vicibus in hoſpiciū pruſie deuolutus) (ne traderetur tito quītio ob hanc cauſam in bythiniā miſſo captiuuſq; romam veniret) veneni mali poculo animā expulit, et a romaniſ ſe vinculis morte defendit;

Capitulum, xlv, de acone portu, et acherruſios ſpecu;

N ora pōtica poſt boſphori fauces et rheſum amnē portūq; calpas! ſagaris fluuius ortus in frigia, dictuſq; pleriſq; ſagarius exordiū facit mari andy ni ſynus, in quo oppidū heraclea oppoſitū lyco flumini et acone portuſ qui prouentu malorum graminū vſq; eo celebris eſt! vt noxias herbas aconita illinc nominemus;
Proximus inde acherruſius ſpecus, quē foraminis ceci profūdo aduſq; īferna aiunt pertēdere;

Capitulum, xlvi, de paflagonia ac venatorum origine;

p Aflagoniam limes a tergo galaticus ā=
plectitur. ea paſlagonia carambi promē
torio ſpectat tauricā. cōſurgit citoro mō
te porrecto in ſpatiū paſſuū triū et ſexaginta mili
ū. niſignis loco veneto. a quo (vt cornelius nepos
perhibet) paſlagones in italiam trāſuecti/ mox ve=
neti ſunt nominati. plurimas in ea regione vrbes
mileſii condiderūt. eupatoriam/ mithridates. quo
ſubacto a pompeio/ pompeiopolis eſt dicta;

Capitulum .xlvii. de capadocia. in qua de
equis mirabilia. preſertim de equo bucefala.
et. g. ceſaris;

Apadocia gentiū vniuerſarū que pontū
accolūt precipue ītrorſus recedit. latere
leuo vtraſqȝ armenias et commagenem
ſimul tranſit. dextero plurimis aſie populis circū
fuſa. attollitur ad tauri iuga et ſolis ortus. prete=
rit licaoniam/piſidiam/ciliciam. vadit ſuper trac=
tū ſyrie anthiochie. parte regionis alterius in ſco=
thiam pertendēs ab armenia maiore. diuiſa eufra=
te amne. que armenia vnde panthidri mōtes ſūt/
auſpicatur. multe in capadocia vrbes inclyte. ve=
rum (vt ab aliis referamus pedē) coloniani arche=

laidē quā deduxit claudius ceſar halys preterfluit. neoceſaream lycus alluit. melitā ſemiramis cōdidit. mazacam ſub argeo ſitam cappadoces matrē vrbiū numerāt. qui argeus niualibus iugis arduus ne eſtino quidē torrēte pruinis caret. queꝙ indedidē populi habitare deū credūt; Terra illa ante alias altrix equorū. et prouētui equino accōmodatiſſima eſt. quorū hoc in loco ingeniū reor perſequēdū. nam equis ineſſe iudiciū documētis plurimis patefactū eſt. cū iam aliquot inuenti ſunt qui nō niſi primos dominos recognoſcerēt/obliti māſuetudinis/ſi quādo mutaſſēt cōſueta ſeruicia. inimicos partis ſue norūt. adeo vt inter prelia hoſteſ morſu petant. ſed illud maius ē/ quod rectoribuſ perditis quos diligebant arceſſūt fame mortē. verum hi mores in genere equorū preſtantiſſimo reperiūtur. nā qui infra nobilitatē ſati ſūt/ nulla documēta ſua prebuerūt. Sed(ne quid videamur dicendi licētia contra fidem arrogaſſe)exemplū frequens dabimus; Alexandri magni equus bucefalas dictus (ſiue de aſpectus toruitate/ ſeu ab inſigni. ꝙ taurinū caput armo inuſtū habebat. ſeu ꝙ e fronte eius quedam corniculorū mine protuberabant)cū ab equario ſuo alias etiā molliter ſederetur/ accepto regio ſtratu neminē ūꝙ aliū preter

dominū vehere dignatus eſt. documēta eius ī pre=
liis plura ſūt/ quibus alexandrū e duriſſimis cer=
taminibus ſoſpitem ope ſua extulit. quo merito ef
fectum: vt defuncto in india exequias rex deduce
ret. et ſupremis ſepulcrū daret. vrbem etiā conde
ret quā ī nominis memoriā bucefalā nominauit;
Equus igitur ceſaris nullū preter ceſarē dorſo
recepit. cuius priores pedes facie veſtigii humani
tradūt fuiſſe. ſicut ante veneris genitricis edē hac
effigie locatus ē. Regem ſcytharum cū ſingulari
certamine interemptū aduerſarius victor ſpoliare
vellet: ab equo eius calcibus morſuq; ē laceratus.
Agrigentina etiam regio frequens eſt equorū ſe=
pulcris. ꝙ ſupremorū munus meritis datum cre
ditur. voluptatem iiſ ineſſe: circi ſpectacula prodi
derūt. quidā enim equorū cantibus tibiarū/quidā
ſaltatioībus/quidā colorū varietate/nonnulli etiā
accenſis facibus: ad curſus prouocantur. affectū
equinū lacrime probant. deniq; īterfecto nichome
de rege equus eius inedia vitā expulit. Cū prelio
anthiocus galathas ſubegiſſet: cintbareti nomine
ducis qui in acie ceciderat equū inſiliit ouaturus.
iſq; adeo ſpreuit lupatos: vt de īduſtria cernuatus
ruina pariter et ſe et equitem affligeret. Ingenia
equorū etiā claudii ceſaris circenſes probauerūt.

cum effuſo rectore quadrige currus emulos non
minus aſtu q̄ velocitate preuerteret̄. et poſt decur
ſa legitima ſpatia ad locū palme ſpōte cōſiſterent.
velut victorie premium poſtularet̄. excuſſo quoqꝫ
auriga quē rutumamiam nominabāt relicto certa
mine ad capitoliū quadriga proſiliit. nec ante ſub=
ſtitit q̄ tarpeium iouem trina dextratione luſtraſ=
ſet. In huiuſce animalis genere etas longior ma=
ribus. legimus ſane equū ad vſqꝫ ānos ſexagīta de
cem vixiſſe. Iam illud non venit in ambiguū/ꝙ ī
ānū terciū et triceſimū generāt. vtpote qui etiam
poſt viceſimū mittantur ad ſobolē reficiēdam. No
tatum etiam aduertimus/opuntem nomine equū
ad gregariam venerem duraſſe in ānos quadragin
ta. Equarū libido extinguitur iubis tonſis. in qua
rū partu amoris naſcitur veneficiū/quod in fron
tibus preferūt recens editi/ fuluo colore. caricis
ſimile hippomanes noiātū. quod ſi prereptū ſtatī
fuerit/ nequaq̄ mater pullo vbera prebet vellitā=
da. quo quis acrior fuerit ſpeiqꝫ maioris/eo profū
dius merſitat nares in bibendo. Mas ad bella nū=
q̄ producitur apud ſithas. eo ꝙ femine exonerare
veſicas etiā in fuga poſſunt. Edunt eque e ventis
cōceptos. ſed hi nūq̄ vltra trieniū euū trahūt ;

Capitulū. xlviii. de aſſyria. ī ea de vnguentorū
origine. de arbore medica;

Nitiū aſſyriorum adiabene facit. in cu=
ius parte abelitis regio eſt. quē locū vic=
toria alexandri magni nō ſiuit preteriri.
nā ibi copias darii fudit ipſumq; ſubegit. expugna
tiſq; eius caſtris in reliquo apparatu regis reppe=
rit ſcriniū vnguentis refertum. vnde primū roma
na luxuria fecit ingreſſū ad odores peregrinos. ali
quātiſper tamē virtute veterū ab hac vitiorū ille=
cebra defenſi ſumus. atq; ideo ī tempus cenſorū.
pl. craſſi et. g. iulii ceſaris. qui edixerūt āno vrbis
condite quīgenteſimo ſexageſimo quinto: ne quis
vnguenta inueheret peregrina. poſtmodū vicerūt
nrā vicia. et ſenatui adeo placuit odorum adhibita
delicia: vt ea etiā in penalibus tenebris vteretur.
ſicut. l. plociū ſratrē plauci bis cōſulis proſcriptū
a triūuiris ī ſalernitana latebra vnguēti odor pro=
didit; Hos terrarū ductus excipit medica. cuius
arbor īclaruit etiā carminibus mantuanis. īgens
ipſa. et cui tale ferme quale medonibus foliū eſt.
tantū eo differt: ꝙ aculeatū ſpinulētis faſtigiis hi=
ſpidatur. geſtat malū inimicū venenis. ſapore aſ=
perum et amaritudinis. mirre odoris flagrantius

pluſq̃ iocūdum. longeq; ſenſibile. verum pomorū illius tanta vbertas ineſt! ut onere prouētus ſemper grauetur. nā protinus atq; poma eius deciderūt maturitate/alia protuberāt. eaq; tantū eſt opimitati mora/vt fetus decidāt ante nati. vſurpare ſibi nemora iſta optauerunt. et alie nationes per īduſtriā trāſlati germinis. ſed beneficium ſoli me dice datum natura reſiſtente terra alia non potuit mutari;

Capitulū. xlix. de portiſ caſpie;

Orte caſpie pandūtur itinere manu facto. lōge octo milibus paſſuū. nā latitudo vix eſt plauſtro permeabilis. ī his anguſtiis etiā illud aſperū/q̃ preciſorū laterum ſaxa liquentibus inter ſe ſalis venis exudent humorē affluentiſſimū. qui cōſtrictus vi caloris velut in eſtiuā glaciē corporatur. ita labes inuia acceſſum negat. preterea octo et viginti miliū paſſuum tractus quoquo īde pergatur! humo arida ſine oī preſidio ſitit. tūc ſerpētes vndiq; gētiū cōuene auerno ſtatī die illuc cōfluūt. ita periculi ac difficultatis cōcordia ad caſpios niſi hyeme acceſſus negatur;

Capitulū.l. de direo loco ac margirie regione;

a Caſpiis ad orientē verſus ē locus quod
dyreū appellatur. cuius vbertati nō eſt
quippiam quod cōparari queat. quē lo=
cū circumſident capirinaci et hircani; Et proxi
mat margirie regio/inclita celi ac ſoli cōmodis. a=
deo ut in toto illo latiſſundo vitibus ſola gaudeat.
in faciē theatralē montibus clauditur. ambitu ſta=
diorū mille quingentorū pene inacceſſa/ ob incō=
modū arenoſe ſolitudinis que per centū et viginti
milia paſſuū vndiq; verſū circūfuſa ē. regionis hu
ius amenitatem alexander magnus vſq; adeo mira
tus eſt! vt ibi primū alexandriā cōderet/quā mox
a barbaris exciſam anthiocus ſelenci filius refor=
mauit.et de nūcupatione domus ſue ſelenciam di=
xit.cuius vrbis circuitus diffunditur in ſtadia ſep
tuagīta quiq;.ī hanc orodes romanos captos craſ=
ſiana clade deduxit. Et aliud ī caſpiis alexāder op=
pidū excitauit. idq; eraclia dictū manebat. ſed hoc
ab iiſdem euerſū gentibus. deinde ab anthioco re=
ſtitutum.vt ille maluit/ achias poſtmodum nomi
natum eſt;

Capitulū.li. de gentibus circa oxim amnē.de

termino itinerū liberi patris et herculis. de ca=
melorum natura ;

o xis amnis oritur de lacu oxo. cuius orā
hinc inde bateni et oxiſtace accolunt. ſed
precipuā partē bactri tenēt. Bactris pre
terea eſt proprius amnis bactros. vnde et oppidū
quod īcolunt, bactrum. gētis huius que pone ſūt,
propaniſi iugiſ ambiūtur. que aduerſa, īdi fōtibuſ
terminātur. reliqua īcludit occhus fluuius. vltra
hos ē pāda oppidum ſogdianorū. ī quorū finibus
alexander magnus terciā alexandriam cōdidit. ad
conteſtandos itineris ſui terminos ; Hic enim
locus eſt in quo primū a libero patre, poſt ab her=
cule, deīde a ſemiramide, poſtremo etiam a cyro,
are ſunt conſtitute. quod proximū glorie omnes
duxerūt, illo vſq; promouiſſe itineris ſui metas.
vniuerſi eius ductus dūtaxat ab illa terrarū parte
laxates fluuius. ſed ad finē quē tamē laxaten ſoli
bactri vocāt. nam alii ſcithe ſilim nomināt. hunc
eūdē eſſe tanaim excercitus alexandri magni credi
derūt. verū demodamas dux ſeleuci et antiochi ſa
tis idoneus vero autor tranſuectus amnem iſtum
titulos omniū ſupergreſſus ē. aliūq; eſſe q̃ tanaim
deprehendit. ob cuius glorie inſigne dedit nomini

ſuo! vt altaria ibi ſtrueret apollini delio. hoc ē colliminiū. in quo limes perſicus ſcythis iungitur. quos ſcythas perſe ligua ſua ſagos dicunt. et inuicē ſcythe perſas chorſacos nominant. montemq; cancaſum croncaſim / id eſt niuibus candicantem. dēſiſſima hic populorū frequētia. cū parthis legē placiti ab exordio moris incorrupta cuſtodit diſciplina. equibus celeberrimi ſūt maſſagete et eſſedones sathaithe et apalei. poſt quos īmaniſſimis barbaris interiacentibus de ritu aliarū nacionū pene incōſtanter definitū aduertimus; Bactri camelos fortiſſimos nutriūt. licet et arabia plurimos gignat. verū hoc differūt. q arabici bina tubera ī dorſo habent. ſingula bactriani. hi nūq̄ pedes atterūt. ſunt enī illis reciprociſ quibuſdā palmūculis veſtigia carnulenta. vnde et contraria eſt labes ambulantibus nullo fauēte preſidio ad niſū inſiſtēdi. habētur in duplex miniſteriū. ſūt alii oneri ferēdo accōmodati. alii perniciores. ſed nec illi vltra iuſtū pondera recipiūt. nec iſti amplius q̄ ſolita ſpatia volūt egredi. geniture cupidine efferātur! adeo ut ſeuiant / cum venerem requirūt. oderūt equinū genus. ſitim etiam in quatriduū tolerant. verū (cum occaſio bibendi data eſt) tantum implētur q̄tū et ſaciant deſideria preterita. et in futurū diu

Camelo.

proſint. lutulentas aquas captãt. puras refugiũt. deniq̄(niſi cenoſior liquor fuerit) ipſi aſſidua con=culcatione limum excitant / vt turbidetur. durãt in annos cẽtũ. niſi forte tranſlati in peregrina in=ſolentia mutati aeris morbos trahant. ad bella fe=mine preparantur. inuẽtũq̄ eſt / ut deſiderium eiſ coitionis quadam caſtratione excecaretur. putant enim fieri validiores / ſi a coitibus arceantur;

## Capitulũ. lii. de ſerere et ſerico;

Va ab ſcythico oceano et mari caſpio in oceanũ eoum curſus ĩflectitur / ab exor=dio huiuſce plage profunde niues. mox longa deſerta. poſt antropotagi / gens aſperrima. de inferi ſpatio obſita ferme dimidiã itineris par=tem impenetrabilem reddiderũt. quarũ difficulta tũ terminũ facit iugũ mari imminens / quod tabĩ barbari dicũt. poſt que adhuc longĩque ſolitudiẽſ. ſic in tractatu eius ore que ſpectat eſtiuũ orientẽ;

Vltra inhumanos ſitus primos hoĩnũ ſeres cõ gnoſcimus. qui aquarũ aſpergine inundatis fron dibus vellera arborũ admĩculo depectũt liquoriſ. et lanuginis teneram ſubtilitatem humore domãt ad obſequiũ. hoc illud eſt ſericum. in vſũ publicũ

dāno ſeueritatis admiſſū . eo ꝙ oſtēdere potius cor
pora q̄ꝫ veſtire! primo feminis nūc etiam viris lu=
xurie perſuaſit libido . Seres ipſi quidē mites .et
inter ſe quietiſſimi. et qui reliquorū mortaliū ce=
tus refugiant . adeo vt ceterarum gentiū commer
cia abnuāt . primū eorum fluuiū mercatores ipſi
tranſeūt . in cuius ripis nullo inter partes lingue
commercio/ ſed depoſita rerum precia oculis eſti=
mantibus ſua tradūt.noſtra nō emūt;

Capitulū.liii. de attagis populis;

ſ Equitur attanus ſinus et gens hominū
attagorum. quibus temperies preroga=
tiuā mira aeris clementia ſubminiſtrat.
arcent ſane afflatū noxiū colles. qui ſalubri aprici
tate vndiqꝫ ſecus obiecti! prohibent auras peſtilen
tes.atqꝫ ideo(vt aminetus affirmat)par illis et hi=
perboreis genus vite eſt.Inter hos et indiam gna
riſſimi ciconas locauerūt;

Capitulū.liiii.de india. īdorū potētia/formiſ/
moribus mirabilibus . de animali leucrocota.
de aīali eale.de manticona. de diuerſa boū for=
ma.de monoceronte.de anguillis.de fluuio gā

ge. de balenis. de pſitaco. de pomaria ficu. de mōte cancaſo. de pipere. de hebeno. de adamāte. de lignite. de berillorū ſpeciebus;

a Medis mōtibus auſpicatur india. a meridiano mari porrecta ad eoum. et a ſeptētrione vſq; ad mōtē cancaſū. terra hec fauonii ſpiritu ſaluberrima. in āno bis eſtatem habet. bis legit frugē. vice hyemis etheſias patitur. hāc poſſidonius adūſā gallie ſtatuit. ſane ne quicq̄ ex ea dubiū. nā alexandri magni armis comperta: et aliorū poſtmodū regum diligētia peragrata: penitus cognitioni noſtre addita eſt. megaſtenes ſane apud indicos reges aliq̄tiſper moratus: res indicas ſcripſit. vt fidem quā oculis ſubiecerat: memorie daret. dyoniſius quoq; qui et ipſe a philadelpho rege ſpectator miſſus eſt gratia periclitāde veritatis: paria prodidit. tradūt ergo in india fuiſſe quinq; milia oppidorū precipua. capacitate populorum nouē milia. diu etiā credita eſt tercia pars eſſe terrarū. nec mirū ſit uel de hominū vel de vrbiū copia. cū ſoli īdi nūq̄ a natali ſolo receſſerint. indiā liber pater primus ingreſſus eſt. vtpote qui indis ſubactis omniū primus triūphauit. ab hoc ad alexandrū magnm numerantur annorum ſex

milia quadringenti quīquaginta vnus additis eo amplius tribus menſibus / habita per reges computatione. qui centū quīquaginta tres tenuiſſe mediū euum deprehendūtur. Maximi in ea amnes / ganges et indus. quorū gangen quidam fontibus incertis naſci et nili modo exundare cōtendūt. alii volunt a ſcythicis montibus exoriri. hipanis etiā ibi nobiliſſimus fluuius qui alexandri magni iter terminauit. ſicuti are in ripa eius poſite probant. minima gangis latitudo per octo milia paſſuum / maxima per triginta patet. altitudo (vbi vadoſiſſimus eſt) mēſuram centū pedū deuorat. Gangarides eximius eſt indie populus. cuius rex equites mille / elephantos ſeptuagintos / peditū ſexaginta milia in apparatu belli habet. indorū quidā agros excercēt. miliciā plurimi. merces alii. optimi ditiſſimiq; rem publicā curant. reddūt iudicia. aſſidēt regibus. quietū ibi eminētiſſime ſapiētie genus ē. vita repletos incenſis rogis mortem arceſſere. qui vero ferocioris ſecte ſe dediderūt / et ſilueſtrē agūt vitam / elephantos venantur. quibus perdomitis ad manſuetudinem / aut arant aut vehūtur. in gāge inſula eſt populoſiſſima / ampliſſimam cōtinenſ gentem. quorū rex peditū quinquagīta quattuor milia in armis habet. omnes ſane quicūq; prediti

ſunt regia poteſtate / nō ſine maximo elephātorū / equitum / peditum etiā numero militarē agitant diſciplinam. Praſia gens validiſſima palibothram vrbem incolūt. vnde quidam gentem ipſam pali=bothras nominauerūt. quorū rex ſexcētena milia peditū / equitū trigita milia / elephantorū octo milia omnibus diebus ad ſtipendiū vocat. vltra polibothram mons malcus: in quo vmbre hyeme in ſeptemtriones / eſtate in auſtros cadūt. viciſſitudine hac durāte mēſibus ſenis ſeptētriones ī eo tractu in āno ſemel / nec vltra quindecim dies parent. ſicuti autor eſt beton / qui perbibet hoc ī plurimis indie locis euenire. Indo flumini proximātes verſa ad meridiem plaga vltra alios torrentur calore. deniq; vim ſideris prodit hominū color. Mōtana pigmei tenent. at ii quibus eſt vicinus oceanus ſine regibus degūt. Pandea gens a feminis regitur. cui reginā primā aſſignant herculis filiam. et niſa vrbs regioni iſti datur. Mons etiā iouis ſacer metras nomine / in cuius ſpecu nutritum liberū patrem veteres indi affirmant. ex cuius vocabuli argumēto laſciuienti fame creditur: liberū a femine iouis natum. Extra indi hoſtiū ſūt īſule due. chryſe et argye: adeo fecūde copia metallorū: vt pleriq; eas aurea ſola habere prodiderīt et argētea. Indis

omnibus promiſſa ceſaries . non ſine fucco ceruli
aut crocei coloris . cultus precipuus in gemmis.
nullus funerum apparatus . preterea vt iube aut
archelai regum libris editū eſt/ inq̄tū mores po=
pulorū diſſonāt/ habitus quoq; diſcrepantiſſimus
eſt. alii lineis / alii laneis peplis veſtiuntur. pars
nudi. pars obſcena tantū amiculati. plurimi etiam
flexibilibus libris circumdati . quidā populi adeo
proceri/ vt elephantes velut equos facillima inſul
tatione trāſiliant. plurimis placet/ neq; animal oc=
cidere/ neq; veſci carnibus. pleriq; tantū piſcibus
aluntur/ et e mari viuūt. ſūt qui proximos paren=
teſq; (priuſq̄ ānis aut egritudine in maciē eant) ve
lut hoſtias cedūt. deinde peremptorū viſcera epu=
las habent. quod ibi non ſceleris. ſed pietatis loco
numerant. ſūt etiā qui cum incubuere morbi/ pro
cul a ceteris in ſecreta abeunt. nichil anxie mortē
expectātes. Eſtiaconorū gens laureis viret ſiluis.
lucis buxeis. vitium vero et arborū vniuerſarum
quibus grecia dulcis eſt . prouētibus copioſiſſima
philoſophos habent. indi gymnoſophiſtas vocāt.
qui ab ex ortu aduſq; ſolis occaſum cōtētis oculis
orbem cādidiſſimi ſideris cōtuētur. in globo igneo
rimantes ſecreta quedā/ areniſq; feruentibus per=
petem diem alternis pedibus inſiſtūt. ad montem

qui milo dicitur habitāt. quibus auerſe plāte ſūt. et octoni digiti in plantis ſingulis ſunt. Megaſtenes per diuerſos indie montes eſſe ſcribit nationeſ capitibus caninis armatas vnguibus. amictas veſtitu tergorum. ad ſermonē humanū nulla voce/ ſed latratibus tātū ſonātes aſperis rictibus. Apud theſian legitur / quaſdā feminas ibi ſemel parere. natoſq; canos ilico fieri. Eſſe rurſū gentē alteram que in iuuēta cana ſit. nigreſcit in ſenectute. vltra eui noſtri terminos perennantem. Legimus monoculos quoq; ibi naſci ſingulis cruribus. et ſingulari pernicitate. qui(vbi defendi ſe velint a calore) reſupinati plātarū ſuarū magnitudine īūbrētur. Gangis fontē qui accolūt / nullius ad eſcam opis indice odore viuūt pomorum ſilueſtriū. longiuſq; pergentes eadem illa ī preſidiū gerūt / ut olfactu alātur. q; ſi tetriorē ſpiritū forte traxerint / exanimari eos certū eſt. Perhibent eſſe et gentem feminarū que quinquēnes cōcipiant. ſed vltra octauū ānū viuendi ſpatiū non protrahunt. Sunt qui ceruicibus carent. et in humeris habent oculos. Sūt qui ſilueſtres hirti corpora caninis dentibus ſtridore terrifico. Apud eos vero quibus ad viuendi rationē exactior cura eſt / multe vxores in eiuſdem viri coeūt matrimoniū. et (cū maritus deceſſerit)

apud grauiſſimos iudices ſuam queq; de meritis agũt cauſam. et que officioſior ceteris ſententia iudicũ vixerit: hoc palme refert premiũ. vt arbitratu ſuo aſcendat rogũ cõiugis. et ſupremis eius ſemetipſã det ĩferias. cetere cũ nota viuãt; Enormitas in ſerpentibus tãta eſt: vt ceruos et animãtũ alia ad parem molem tota hauriãt. quinetiã oceanũ indicũ quãtus eſt penetrent. inſulaſq; longiſſimo ſpatio a cõtinenti ſeparatas pabulandi petant gratia. idq; ipſum palam eſt/ nõ qualibet magnitudine euenire: vt per tantã ſali latitudinem ad loca permeant deſtinata. Sunt illic multe admirabiles beſtie/ quarũ partem perſequemur; Leucrocota velocitate precedit feras vniuerſas. ipſa aſini feri magnitudine. cerui clunibus. pectore ac cruribus leoninis. capite miluorũ. biſulca vngula. ore aduſq; aures dehiſcente. dẽtiũ locis oſſe perpetuo. hec quo ad formã. voce autẽ loquẽtiũ hominũ ſonos emulatur; Eſt et eale alias equus. cauda uero elephanti. nigro colore. maxillis aprinis. preferens cornua vltra cubitalem modũ longa. ad obſequiũ cuius velit motus accõmodata. neq; enim rigent/ ſed mouẽtur/ vt vſus exigit preliandi. quorũ alterũ (cum pugnat) protendit. alterũ replicat. vt (ſi ictu aliquo alterius acumen offenderit) acies

ſuccedat alterius. hippotamis comparatur. et ipſa ſane aquis fluminū gaudet; Indicis tauris co=lor fuluus eſt. volucris pernicitas. pilus ī contra=riū verſus. hiatus omne quod capit. hi quoqꝫ cir=cūferūt cornua flexibilitate qua volunt. tergi du=ricie omne telū reſpuēte. tam īmiti feritate/ vt cap ti animas proiiciant furore; Manticora quoqꝫ nomine inter hec naſcitur. triplici dentiū ordine coeunte vicibus alternis. facie hominis. glancis oculis. ſāguineo colore. corpore leonino. cauda ve luti ſcorpionis/aculeo ſpiculata. voce tā ſibila/ vt imitetur modulos fiſtularū tubarūqꝫ cōcentū. hu manas carnes auidiſſime affectat. pedibus ſic vi=get/ſaltu ſic poteſt/ vt morari eam nec extentiſſiā ſpatia poſſent/nec obſtacula latiſſima; Sūt pre terea boues vnicornes et tricornes ſolidis vngulis nec bifiſſis. Sed atrociſſimū eſt monoceros/mon ſtrū mugitu horrido. equino corpore. elephāti pe dibus. cauda ſuilla. capite ceruino. cornu e media fronte eius protenditur. ſplendore mirifico. ad lō gitudinem pedū quattuor ita acutū/ ut quidquid impetat/facili ictu eius perforetur. viuus non ve nit in hominū poteſtatem. et īterimi quidē poteſt capi nō poteſt; Aque etiā gignūt miracula non minora. āguillas ad tricenos pedes longas educat

ganges . quē ſtacius ſeboſus īter precipua miracu la ait / vermibus abundare ceruleis . nomine et colore . hi bina habent brachia . lōgitudinis cubita nō minus ſena . adeo robuſtis viribus ! vt elephantes ad pontū ventitātes morditus cōprehēſos ipſorū manu rapiant in profundū ; Indica maria balneas habent vltra ſpatia quattuor iugerum . ſed et quos fuſeteras nominānt . qui enormes ſupra molē ingentiū colūnarū vltra antennas ſe nauiū extollunt . hauſtoſq; fiſtulis fluctus ita eructāt ! vt nimboſa alluuie plerūq; deprimant alueos nauigantium ; Sola india mittit auem pſitacum . colore viridem . torque puniceo . cuius roſtri tāta duricia eſt ! vt (cum e ſublimi precipitatur in ſaxum) niſu ſe oris excipiat . et quodā quaſi fundamēto vtatur extraordinarie firmitatis . caput vero tam valens ! ut ſiquādo ad adiſcendum plagis ſit admonendus (nam ſtudet ut quidē homines alloquatur) ferrea clauicula ſit verberandus . nā dū in pullo eſt ! atq; adeo intra alterū etatis ſue ānū que monſtrata ſūt et cuius diſcit et retinet tenacius . maior paulo ſegnior . et obliuioſus eſt . et indocilis . inter nobiles et ignobiles diſcretionem digitorū facit numerus qui preſtant ! quinos in pedibus habēt digitos . ceteri ternos . līgua lata . multoq; latior ceteris aui=

de perficitur! vt articulata verba penitus eloqua=
tur. quod īgeniū ita romane delicie mirate ſūt! vt
barbari pſitacos mercē fecerit; Indorū nemo=
ra in tam procerā ſublimātur excelſitatem! vt trā=
ſiri ne ſagittis quidem poſſit; Pomarias ficus
habent. quarum caudices in orbem ſexaginta paſ=
ſuū extuberantur. ramorum vmbre ambitu bina
ſtadia cōſumūt. foliorum latitudo forme amazo=
nice pelte comparatur. pomū eximie ſuauitatis.
Que paluſtria ſunt! harūdinem creant/ita craſſā!
vt fiſſis internodiis lembi vice vectitēt nauigātes.
e radicibus eius humor dulcis exprimitur ad mel
leam ſuauitatem; Tylos indie īſula eſt. ea fert
palmas. oleam creat. vineis abūdat. terras omneſ
hoc miraculo ſola vincit! ꝙ quecūq; in ea arbor na
ſcitur! nunꝙ̄ caret folio. Ibi mons cancaſus qui
maximā orbis partē perpetuis iugis penetrat. frō
te qua ſoli obuerſus eſt! arbores piperis oſtentat.
quas ad iuniperi ſimilitudinē diuerſe fructus ede
re aſſeuerāt. qui pene īmaturi exeūt! dicitur piper
longum. quod corruptū eſt! piper album. quorū
cutem rugoſam et torridam calor fecerit! nomen
trahunt de colore; Hebenū ex india mytrihida=
tico triūpho rome primū magnus pompeius ex=
hibuit. Mittit india et calamos odoratos. et multa

alia fragrantia mirifici ſpiritus ſuauitate; In=
dicorū lapidū ī adamantibus dignitas prima eſt.
vtpote qui lymphationes abigūt. venenis reſiſtūt.
mentium vanos metus pellunt. hec primū de his
oportuit dici que reſpicere ad vtilitatem videba=
mus. nūc reddemus quot/ que adamantū ſūt ſpe
cies. et quis color. quiſq; eximius ī quodā cryſtalli
genere inuenitur. materia in qua naſcitur aque ſi=
milis ſplendore liquidiſſimo. in mucronem ſexan
gulū vtrīq; leniter ſecus turbinatus. nec vnq̄ vl=
tra magnitudinem nuclei auellani repertus. huic
proximus in excellentiſſimo auro deprehenditur.
ſecūdus pallidior. ac magis ad argēti colorem re=
nitens. tercius in venis cipri apparet/ propior ad
aeris faciem. quartus in metallis ferrariis legitur.
pondere ceteros antecedens. nō tamē et poteſtate.
nā et hic et qui in cipro deprehēdūtur/ frāgi que=
unt. pleriq; etiā adamante alio perforantur. at illi
quos primos ſignificauimus/ nec ferro vīcūtur/
nec igne domantur. verūtamē(ſi diu in ſanguine
hircino macerētur)non aliter q̄ ſi calido vel recen
ti malleis aliquot antefractis et in cudibus diſſipa
tis aliquādo cedūt. atq; in particulas diſſiliūt. que
fragmēta ſculptoribus in vſum inſigniēde cuiuſce
modi gēme expetūtur. Inter adamātē et magne=

tē eſt quedā nature occulta diſſenſio . adeo vt iux=
tapoſitus nō ſinat magnetem capere ferrū . uel ſi
admotus magnes ferrū traxit/ quaſi predā quādā
adamas magneti rapiat atq; auferat ; Lignitem
perinde fert india/cuius lucis vigorē flagrātia ex=
citat lucernarū . qua ex cauſa lignitem greci voca=
uerūt . duplex ei facies . aut in purpuream emicat
claritatem . aut meracius ſuffūditur cocci rubore .
per omnē intimū ſui(ſiquidē pura ſit)inoffenſam
admittit perſpicuitatem . at ſi excanduit radiis ſo=
lis incita / uel ad colorē digitorū attritu excitatus
eſt/aut palearū caſſa/ aut cartarū fila ad ſe rapit/
contumaciter ſcuplturis reſiſtens . at ſiquando in=
ſignita eſt(dū ſigna imprimit)quaſi quodam ani=
mali morſu partem cere retētat ; Berillos in ſe=
xangulas formas indi atterūt . vt hebetem coloris
lenitatē angulorū repercuſſu excitēt ad vigorem .
berillorū genus diuiditur in ſpeciē multifariā exi
mie interuirentē . Glauci et ceruli temperamento
quādā preferūt puri maris gratiā . Infra hec ſūt/
chriſoberilli qui languidius micātes/ nube aurea
circūfūdūtur . Chriſopaſſos quoq; ex auro et pur
puraceo mixtam lucē trahentes eque berillorum
generi adiudicauerūt . Hiacinctizōtas ſcilicet qui
iacintos prope referāt/et ipſos probant . hos vero

qui cryſtallis ſimiles capillamentis intercurrenti=
bus obſcurentur/ hoc enī vitio/ illorū nomen eſt.
ſcientiſſimi lapidū plebi dederūt. indici reges hoc
genus gemmarū in longiſſimū chilindros amant
fingere. eoſq; perforatos elephantorū ſetis ſuſpen
dūt. ac monilia habēt. vel plerūq; ex vtroq; capite
inſertis aureis vmbilicis incēdunt ad nitellam pī=
guiorē. ut per induſtriā metallo hinc inde addito
fulgentiorem trahant lucem;

Capitulū l. lv. de taprobone īdie īſula. de illius
hominibus. de regia electione ac poteſtate. de
margaritis. de conchis;

Aprobonem inſulam (anteq̄ temeritas
humana exquiſito penitus mari fidē pā=
deret) diu orbē alterū putauerūt. et qui=
dē quē habitare circa ſchitas crederent. verū alexā=
dri magni virtus ignorātiā publici erroris nō tu=
lit vlterius permanere. ſed in hec vſq; ſecreta pro=
pagauit nominis ſui gloriā. miſſus igitur oneſicri
tus prefectus claſſis macedonice/ terrā iſtam quā=
ta eſſet/ quid gigneret/ quo modo haberetur / ex=
quiſitam noticie nrē dedit. Patet in longitudinem
ſtadiorū ſeptem miliū. ī latitudinē quinq; miliū.

ſcīditur amni interfluo . nā pars eius beſtiis et ele
phantis repleta eſt maioribus multo ꝙ̃ fert india .
partē homines tenēt . margaritis ſcatet et gemmiſ
omnibus . ſita eſt inter ortum et occaſū . ab eoo ma
ri incipit . preterita india a praſia īdorū gēte dierū
viginti primo ī eā fuit curſus . ſed(cum papiraceiſ
et nili nauibus illo pergeretur) mox curſu noſtra=
rū nauiū ſeptem dierū iter factū eſt . mare vadoſū
interiacet / altitudinis nō amplius ſenum paſſuū .
certis autē canalibus depreſſū / adeo vt nulle vm=
ꝙ̃ ancore ad profundi illius fundamēta potuerūt
peruenire . nulla in nauigando ſiderū obſeruatio .
vtpote vbi ſeptētriones neꝙ̃ꝙ̃ videntur . vigilieꝗ
nūꝙ̃ apparent . lunam ab octaua in ſextam tātū de
cimā ſupra terram vident . lucet ibi canopos ſidus
clarū et ampliſſimu . ſolem oriētem dextra habēt .
occidentē ſiniſra . obſeruatione itaꝗ nauigādi nul=
la ſuppetente (vt ad deſtinatū pergentes locum ca
piant) vehūt alites . quarū meatus terram petenti
um / magiſtros habent curſus regendi . quaternis
non amplius mēſibus in āno nauigatur . In clau=
dii prīcipatu de taprobone hec tantū noueramus .
tunc enim fortuna patefecit viam latiorē ſcientie .
nā libertus annii plocanii qui tūc rubri maris vec
tigal adminiſtrabat / arabiam petens aquilonibus

preter carminiā raptus/quītodecimo demū die ap pulſus eſt ad hoc litus. portūq aduectus qui hyp purus nominatur. ſex deinde mēſibus ſermonem perdoctus/ admiſſuſq ad colloquia regis/ que cō pererat reportauit. ſtupuiſſe ſcilicet regem pecu niam que capta cū ipſo erat. q tametſi ſignata diſparibus foret vultibus/ parē tamen haberet modū ponderis. cuius equalitatis contemplatione (cū romanā amiciciā flagrātius concupiuiſſet) thracia prīcipe legatos ad nos vſq tranſmiſit/a quibus cō gnita ſunt vniuerſa; Ergo inde homines corporū magnitudine omnes homines ātecedūt. crines fuco imbuūt. ceruleis oculis ac truci viſu. terrifico ſono vocis. quibus īmatura mors eſt. ī ānos cētum euū trahūt. aliis omnibus annoſa etas. et pene vltra humanā extēta fragilitatē. nulli aut ante diē aut per diem ſōnus. edificia modice ab humo eleuata. ānona ſemper eodē tenore. vites neſciūt. pomis abūdant. colūt herculem; In regis electione nō nobilitas preualet. ſed ſuffragiū vniuerſorū. populus enim eligit ſpectatum moribus. et īueterata clementia ānis generе. ſed hoc ī eo queritur/ cui liberi nulli ſūt. nā qui pater fuerit (etiā ſi vita ſpectetur) non admittitur ad regendum. et ſi (forte dum regnat) pignus ſuſtulit/ exuitur pote

ſtate. ideoq; maxime cuſtoditur! ne fiat hereditari=
um regnū. deinde etiam ſi rex maximam preferat
equitatem! nolūt ei totū licere. quadraginta ergo
rectores accipit. ne in cauſis capitum ſolus iudicet
quenq̄. ſic quoq;(ſi diſplicuerit iudicatū) ad popu
lū prouocatur.. atq; ita datis iudicibus ſexagīta de
cē fertur ſententia / cui neceſſario acquieſcitur. cul
tu rex diſſimili a ceteris veſtitur. ſyrmate eſt habi=
tus quo liberū patrē amiciri videmus. q̄ ſi etiam
ipſe in peccato aliquo arguitur! morte mulctatur.
non tamen vt cuiuſq; attractetur manu. ſed cōſen=
ſu publico rerū omniū īterdicta ei facultate etiam
colloquii poteſtas primo denegatur. Culture ſtu=
dent vniuerſi. venatibus indulgent. nec plebeias
agunt predas. quippe cum tigrides aut elephanti
tātū requirātur. maria quoq; piſcationibus īquie=
tāt. marinas quoq; teſtudines capere gaudēt. qua=
rū tāta eſt magnitudo! ut ſuperficies earū domū
faciat. et numeroſā familiā non arte receptat. Ma=
ior pars huius inſule calore ambuſta eſt. et in va=
ſtas deficit ſolitudines. latus eius mare alluit. per
uiridi colore fruticoſū. ita ut iube arborū plerūq;
gubernaculis atterantur. cernūt latus ſericum de
montiū ſuorū iugis. mirantur aurū. et ad gratiā
poculorū omniū gemmarū adhibent apparatum.

ſecant marmora teſtudinea varietate; Margari=
tas legūt plurimas maritimaſꝗ. conche ſunt ī qui
būs hoc genus lapidū requiritur/ que certo ānī tē
pore luxuriante cōceptu ſitiūt rorem / velut mari=
tum. cuius deſiderio hiāt. et cū maxime liquitur
lunaris imber/oſcitatione quadam hauriūt humo
rē cōcupitū. ſic concipiūt grauideꝗ fiūt. de ſagine
qualitate reddunt habitus vnionū. nam ſi purum
fuerit quod acceperint/candicant orbiculi. ſi tur=
bidum/aut pallore languent/aut rufo innubilan=
tur. ita magis de celo ꝙ de mari partus habēt. de=
niꝗ (quotiens excipiūt matutini aeris ſemen) fit
clarior margarita. quotiens fit de veſpere/ obſcu=
rior. quantoꝗ magis hauſerit/tanto magis profi=
cit lapidum magnitudo. ſi repente micauerit coru
ſcatio/intempeſtiuo motu comprimūtur. clauſeꝗ
ſubita formidine vicia cōtrahūt abortiua. etenim
perparuuli fiūt ſcrupuli aut inanes; Conchis
ipſis īeſt ſenſus. partus ſuos maculari timēt. cūꝗ
flagrantioribus radiis excāduit dies (ne fucentur
lapides ſolis calore) ſubſidūt in profundum. et ſe
gurgitibus ab eſtu vindicantur. huic tamē proui=
dētie etas opitulatur. nā candor ſenecta deperit. et
grandeſcentibus cōchis faueſcit. Margarita ī aqua
mollis eſt vnio. duratur exēptus. nūꝙ duo ſimul

reperiūtur.inde vnionibus nomē datum.vltra ſe=
miūciales inuentos negant.Piſcātiū īſidias timēt
cōche. Vnde eſt/vt aut inter ſcopulos aut īter ma
rinos canes plurimū delitescāt. gregatim natant.
certis examini dux eſt. illa ſi capta ſit/ etiam que
euaſerīt in plagas reuertūtur.Dat et india marga
ritas.dat et litus britānicū.ſicut diuus iulius tora
cem quē veneri genitrici in templo eius dicauit ex
britannicis margaritis factū ſubiecta inſcriptione
ītelligi voluit.lolliam paulinā principis cōiugem
vulgatū eſt habuiſſe tunicam ex margaritis ſeſter=
cio tunc quadringencies eſtimatā. cuius parande
auaricia pater ipſius manilius/ ſpoliatis orientis
regionibus offēdit.c.ceſarem auguſti filiū. inter=
dictaq; amicicia prīcipis veneno īteriit.Illud quo=
q; expreſſit vetus diligentia/q; ſillanis primū tem
poribus romam illati ſint vniones;

Capitulū.lv.de india multiſq; in ea.de
ſcelonofagis.de perſidis;

B inſula anſea cōſequens aut cōtingens
eſt/a taprobone in indiam reuertamur.
ſed(ſi īdiciſ aut vrbibus aut nationibus
reſiſtamus) egrediemur repromiſſe concinnitatis

modū. proximam indo flumini vrbē habuere caphiſam. quam cirus diruit. arochoſiam erimācho amni impoſitam ſemiramis cōdidit. cardruſia oppidū ab alexādro magno ad cancaſū cōſtitutū eſt. ibi et alexandria que patet amplitudinis ſtadia triginta. multa et alia ſunt. ſed hec cū eminētiſſimis. Poſt indos mōtanas regiones ictyophagi tenent. quos ſubactos alexāder magnus veſci piſcibus vetuit. nā antea ſic alebantur. vltra hos deſerta germanie. perſis deinde. ad que ita nauigatio. in qua ſolis inſula rubens. et omni animātiū generi īceſſa. quippe que nullū non animal illatū perimat. Ex india reuertētes abiam germanie fluuium ſeptemtriones primū vident. Athemenis in hoc tractu ſedes fuerūt. Inter germanie promontoriū et arabiam quīquaginta milia paſſuū īteriacent. deīde tres īſule. circa quas hydri marini egrediūtur vicenū cubitū lōgitudine. Dicendū hoc loco. quatinus ab alexandria egypti pergatur vſq; īdiam nilo vehēte. copton vſq; etheſiis flātibus curſus eſt. Deīde terreſtre iter hidreū tenus. poſt tranſactis aliquot manſionibus berenicem peruenitur. vbi rubri maris portus eſt. inde occelia arabie portus tangitur. proximū īdie emporiū excipit zmirrim infame pirrhaticis latronibus. deīde per diuerſos

portus coctonacre peruenitur ad quã monoxilis li
tribus piper conuehũt. petentes indiam ante exor
tũ canis aut protinus poſt exortũ! nauigia media
eſtate ſoluũt. reuertẽtes remigrãt decembri mẽſe.
ſecũdus ex india ventus eſt vulturnus. At cũ vẽ=
tũ ẽ in rubrũ mare! aut africus aut auſter vehũt.
Spatiũ indie/ decies ſepties quĩquagĩta milia paſ=
ſuũ proditur. at carmanie centũ milia paſſuũ. cu=
ius pars non caret vitibus. preterea habet genus
hominũ qui non alia ꝙ̃ teſtudinis carne viuũt. hir
ſuti omnes fatie tenus. que ſola lenis eſt. idem co=
riis piſciũ veſtiũtur ſcelonofagi cõgnominati;

Irrumpit hec litora rubrũ mare. idq; in duos
ſinus ſcinditur. quorũ qui ab oriente eſt! perſitas
appellatur. quãdoquidẽ orã illã habitauere perſi=
dis populi. vicies et ſexagies centena milia circui=
tu patenſ ex adũſo. Vnde arabia eſt. alter arabicuſ
vocatur. oceanũ vero qui ibi influit! azamũ nomi
nauerũt carmanie perſis aduectitur! que ĩcipit ab
inſula afrodiſio/variarũ opum diues. tranſlata in
parthicũ nomẽ/litore quo occaſui obiacet. porrec=
ta milia paſſuũ quĩquaginta. oppidũ eius nobiliſ=
ſimũ ſuſa in quo templũ ſuſice diane. a ſuſis arbi=
le ſiue barbite oppidũ centũ trigĩta quiq; milibus
paſſuũ diſtat. in quo mortales vniuerſi odio auri

coemũt hoc genus metalli. et abiiciũt in terrarum profunda. ne polluti vſu eius auaricia corrũpant equitatẽ. huic ĩcõſtãtiſſimus ẽ terrarũ modus. nec immerito. cũ alie circa perſidem nationes ſcomis / alie paraſangis terras metiãtur. et incertam fidẽ faciat menſure ratio diſcors;

Capitulũ. lvi. de parthia;

Arthia quãta omnis eſt a meridie rubrũ mare / a ſeptẽtrione hircanũ ſalum claudit. regna in ea duodeviginti diuidũtur in duas partes. vndecimq̧ vocãtur ſuperiora / incipiũt ab armenico limite et caſpio litore porrecta ad terrã ſcitharũ / quibus concorditer degunt. reliqua ſeptem inferiora. ſic enim habent ab ortu varios arianoſq̧ germaniaq̧ a medio die / medos. ab occidui ſolis plaga ſeptẽtrione / hircanos. ipſa autẽ media ab occaſu trãſuerſa vtraq̧ parthie regna amplectitur. ſeptẽtrione armenia circũdatur. ab ortu caſpios videt. a meridie / perſidem. deinde tractus hic procedit vſq̧ ad caſtellũ quod magi obtinent. phydas arcida nomine. hic ſyri ſepulcrum;

Capitulũ. lvii. de babilonia. de troclodítis. de

ıtrophagis.de feminis alitis pernicitatis;

c Haldee gentis caput babilonia eſt.tam nobilis vt propter eam et aſſyrii et meſapotamii in babilonie nomen tranſierit. Vrbs eſt quattuor ſexagīta milia paſſuū circuitu patēs. muris circūdata / quorū altitudo ducentos pedes obtinet. latitudo quīquaginta ternis in ſingulos pedes digitis / vltra q̃ mēſura noſtra eſt altioribus. īterluitur eufrate. beli ibi iouis templū quem inuentorē celeſtis diſcipline tradidit etiā ipſa religio que deū colit. in emulatione vrbis huiuſ otheſifontem parthi cōdiderūt. tēpus oceani oras reuerti repreſſo in ethiopiam ſtilo. nanqꝫ(ut atlanthicos eſtus accipere ab occidēte et hiſpania dudū diſſernimus) ab iiſ quoqꝫ partibus mūdi vnde primū atlātici nomē īduat / exprimi par eſt. Pelagus azaniū vſqꝫ ethiopū litora promouetur. ethiopicū ad maſſalicū promontoriū. vnde rurſus oceanus atlāticus. iuba igitur rex vniuerſe partis quā plurimi(propter ſolis ardorē)peruiā negauerūt. facta etiam vel gentiū vel īſularum cōmemoratione ad cōfirmande fidei argumētum / omne illud mare ab india ad vſqꝫ gadiſ voluit ītelligi nauigabile. cori tum flatibus / cuius ſpiritus preter arabiam /

egyptum/mauritaniā euehere quāuis queant claſ
ſem! dū modo ab eo promōtorio indie curſus di=
rigatur quod alii leptanacrin/alii drepanū nomi=
nauerūt. addit etiam ſtationū loca et ſpatiorū mo
dos. nam ab indica preminentia ad malicū inſulā
affirmāt eſſe quīdecies cētena milia paſſuū.a ma=
lico adſcencon!ducenta vigīti quīq; milia. inde ad
inſulam adanū centū quinquagīta milia.ſic cōfici
ad apertum mare!decem et octies cētena quīq; mi
lia. Idem opinioni plurimorū(qui ſolis flagrātia
maxiā partis iſtius ferūt humano generi īacceſſa)
ſic reluctatur/vt mercātiū ibi tranſitus īfeſtari ex
arabicis inſulis dicat. quas achite habent arabes/
quibus crenata datur nomē.nam bibulis vtribus
cōtabulatas crates ſuperponūt.vectitatiq; hoc ra=
tis genere pretereuntes infeſtant ſagittis venena=
tis; Habitari etiā addiderūt ethiopie aduſta tro
cloditarū et ictrophagorū nationibuſ.quorū tro=
clodite tanta pernicitate polleāt/vt feraſ quaſ agi=
tāt curſu pedū aſſequātur. Ictrophagi nō ſecus q̃
marine belue nando in mari valeant.ita exquiſito
atlantico mari vſq; in occaſū etiam gorgandū me=
minit inſularū.Gorgades īſule(vt accepimus) ob
uerſe ſunt promontorio quod vocamus heſperu=
certis. has incoluerūt gorgones monſtra. et ſane

vſq; adhuc monſtruoſa gens habitat. diſtant a con=
tinēte bidiu nauigatione. Prodidit deniq; xenofon
lauſacenus hannonē penorū imperatorē ī eas per=
meaſſe repertaſq; ibi femiās alitis pernicitate. atq;
Sup. c. cit. ex omnibus que apparuerūt duas captas. eas hir=
to atq; aſpero corpore. ut argumētū ſpectande rei
duarū cutes miraculi gratia inter donaria iunoniſ
ſuſpenderit / que durauere vſq; ad tempora excidii
cartaginenſis. Vltra gorgados īſule ſunt (ſicut ſe
boſus affirmat) dierū quadraginta nauigatione. ī
ſinus receſſerūt. fortunatas inſulas cerat cōtra le=
uē mauritanie accepimus iacente / quas iuba ſub
meridie quidē ſitas ſed proximas occaſui dixit. de
harū nominibus ſpectari magnū miror. ſed infra
famā vocabuli res eſt. in prima earū cui nomē no
rion edifica nec ſūt nec fuerūt. iuga montiū ſtag=
nis madeſcūt. nā cū ferule ſurgūt ad arborū ma=
gnitudinē / earūq; que nigre ſunt / expreſſe liquorē
reddūt amariſſimū. que candide / aquaſ reuomūt /
etiā potui accōmodataſ / alterā īſulā iunoniā appel
lari ferūt. ī qua paxilla edes ignobiliter ad culmē
faſtigata. tercia huic proximat eodē nomine. nu=
da oīa. quarto loco capraria appellatur. enormi=
bus lacertis pluſq; referta. ſequitur niuaria nebu
loſo aere et coacto. ac propterea ſemper niualiſ. de

īde canaria repleta canibus forma eminētiſſimiſ. vnde etiā iube regi duo exibiti ſunt. in ea edifici-orū durant veſtigia. auium magna copia. nemora pomifera. palmota/ cariotas ferētia multa. nux pinea. larga mellatio. ānes ſiluris piſcibus abūdā-tes. perhibēt etiā expui in eam vndoſo mari belu-as. deinde cū mōſtra illa putredine tabefacta ſūt: omnia infici illic tetro odore. ideoq nō penitus ad nūcupationem ſui cōgruere inſularū qualitatem;

Caii iulii ſolini ad aduentū polihiſtor ſiue de ſitu orbiſ ac mūdi mirabilibus liber finit;

Inc
395

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA